FUNDAMENTA JURIS CANONICI

IN NUCLEO EXHIBITA,
ET JUXTA ORDINEM DE-
CRETALIUM ADORNATA.

QUIBUS

DIFFERENTIÆ JURIS

Utriuſque, Civilis & Canonici.

TITULIS CONGRUIS
SUNT ADJECTÆ.
CUM INDICE MATERIARUM.

AUTHORE

JUSTO CHRISTOPHORO
WILLERDINGIO
HILDESIENSI.
J. U. LICENTIATO ET PRACTICO.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Sumtibus LUDOLPHI HENRICI HAUENSTEINII
Bibliopolæ Hannoverani 1707.

Digitized by Google

REVERENDISSIMIS
ILLUSTRISSIMIS
A C
GRATIOSISSIMIS
DOMINIS
D. DECANO
D. SCHOLASTICO
D. SENIORI,
ET
RELIQVIS UNIVERSI CAPITULI
BASILICÆ CATHED. ECCLESIÆ
MEMBRIS,
EPISCOPATUM HILDESIENSEM
AC PRINCIPATUM
SEDE HAC IMPEDITA,
JURIBUS
SED: VACANT: LONGE
EXCELLENTIORIBUS
PRÆDITA,
CONJUNCTIM
GUBERNANTIBUS,
Nec non
TAM NOMINE PROPRIO
QVAM ADMINISTRATORIO
IN ECCLESIASTICIS ATQVE POLITICIS,
In Spiritualibus Atqve Temporalibus
REGENTIBUS,

Ut

Digitized by Google

UT ET

POTESTATE SUMMA,

SUPERIORITATE TERRITORIALI,

ET EXINDE

DEPENDENTIBUS JURIBUS,

NEC NON

PRÆROGATIVA, STATUS IMPERII,

IN COMITIS COMPARANDI,

JURE AUSTREGARUM FRUENDI,

AC SIMILIBUS

GAUDENTIBUS,

SUASQVE HABENAS REGIMINIS

CUM LAUDE ET APPLAUSU

TOTIUS IMPERII ROMANO GERMANICI

GERENTIBUS,

HUNCCE TRACTATULUM

JURIS CANONICI

DEVOTISSIMA MENTE & MANU

OFFERT

Ac fauſtum tranqvillumque ulterius Regimen apprecatur

Humillimus & obſequentiſſimus Servus

AUTHOR.

PRÆFATIO.

Tantus certè cernitur numerus eorum, qui ad Jus Canonicum commentati ſunt, ut Hiſpaniam, Galliam, Italiam, Germaniam, aliasque Provincias JCtis & olim abundaſſe, & hodie, propter ingentem Commentatoriorum molem, ſcriptoris munus non amplius deſiderari, qvis propè dixerit; Largior hoc facilè, ſi de commentariis iisque ſimilibus ſyſtematibus, ſermo ſit; Aſt Compendiorum, qvæ concinna qvâdam brevitate & facili methodo ac ordine elementa Juris Canonici primis ejusdem cultoribus propinant, tanta eſt penuria, ut prognoſticon Divi Juſtiniani in §. 2 *J. d. juſt. & jur.* omne ferat punctum, *& Studioſi, quorum ſtatim ab initio rudis adhuc & infirmus animus varietate & multitudine rerum eſt oneratus, aut deſertores ſtudiorum efficiantur, aut cum magno labore, ſæpe etiam cum diffidentia (quæ plerumque juvenes avertit) ſerius ad id perducantur, ad quod, Leviori viâ ducti, ſine magno labore & ſine ullâ diffidentiâ, maturius perduci potuiſſent.* Equidem fateor, duos inprimis ſcriptores in manibus LL. cultorum verſari, Corvi-

)(3 num

num ſc. & Deſſelium; ſed *ille*, qvi ex Julii Pacii à Berica ſcriptis tam ad jus civice quam canonicum ſuam compilationem ad literam hauſit, materias quidem nervosê petractat, adeoq; etiã ipſum in quibusdam ſum ſecutus, non tamen juxta methodum decretalium, ſed Inſtitutionum D. Juſtiniani, adeoque non faciliori ſed difficiliori viâ ad adyta juris Canonici perducit, cum potius primum ingenium ſtudioſæ juventutis ad ipſum ordinem compilationis decretalium, tanquam partis Juris Canonici Excellentioris, alligare & eidem aſſuefacere debuiſſet; Diverſa enim jura diverſam habent methodum & compilationem. Quamvis etiam ex ipſa præfatione laudatiſſimi Corvini ſpeculo clarius eluceat, *ſe putaſſe, non tantùm in ſcholis adhuc militantibus, ſed & Doctoris laureâ jam ornatis, per concinnationem hujus compendii, rem gratiſſimam facturum.* Deſſelii verò Erotemata rem non exhauriunt, cùm non tantùm ſint, uti plerumque methodus pro quæſtiones, obſcura, ſed etiam in plurimis ne quidem tangant, quæ tamen, tanquam ſummè neceſſaria, tangenda erant; ut taceam: rationes

ab,

ab eodem allatas ſæpiſſimè à ſcopo eſſe alienas & impertinentes, alienumque laborem, ſcopo à Deſſelio electo minus convenientem, Librum 5tum, ut muti-lum & mancum ſuppleviſſe. Reliqui Epitomatores vel iiſdem hactenus addu-ctis morbis laborant, vel propter nimi-am prolixitatem fines ſemel propoſitos excedunt, vel etiam, ex noſtris, dum Jus Canonicum proponere cupiunt, nihil a-liud agunt, quam ut ubivis reprehendant Pontificem, Canonumque Compilato-res, & ità magis deſtruant, quam ex ponant Jus Canonicum; Cùm tamen LL. Cultoribus præprimis incumbat, hoc noſſe, quid propriè ſit Juris Canoni-ci, ut optimè ſentit Illuſtris D. Stryck. *in præf. ad Corvin. Jus Can.* Hinc non ar-bitror quenquam eſſe, qui præſentem à me ſuſceptum laborem ſiniſtrè inter-pretari, aut me eapropter arrodere poſ-ſit. Qvodſi qvis juris noſtri Canonici cognitionem non tantùm non neceſſa-riam, ſed etiam inutilem & noxiam ex immaturo judicio æſtimare velit, næ ille uſum ejusdem perſpectum non habet; Unde enim noſter proceſſus, noſter Ju-diciorum ordo ac ſtylus? Unde deciſio

)(4 quæ-

quæſtionum circa jusjurandum, circa præſcriptionem, bonam fidem, &c, quoad maximam partem, circa ſponſalia & matrimonium &c? Unde Conſiſtoriorum noſtrorum cauſarumque omnium ad illa ſpectantium tota ſubſtantia? Unde Ordinationum Eccleſiaſticarum interpretatio? Unde deciſio caſuum in noſtris Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis, ſeu Canonicorum Conventibus occurrentium? Unde electio, poſtulatio, Jus pallii &c. in Jure publico? Sanè, qui hæc & infinita alia ſaltim fugitivo intuetur oculo, Jus Canonicum tanquam fontem his rivulis aſſerere debet. Neque ideò ſtatim Noxium dici poteſt, quod propter quasdam maculas nonnulla in eo deſiderantur. In ipſo enim jure Civili, proh! quot deſiderantur, quot demonſtrantur nævi? De aliisve juribus quales querelæ cernuntur? Et nihilominus eorundem lucubratio utilitatem præbet inexhauſtam. Utile per inutile non debet vitiari, inquit Pontifex *in c.37. de reg. jur. in 6.* Ipſe Duaren. *de SS. Eccl. Min. in præf.* de decreto fatetur, hoc libro Gratiani in hoc genere, quod variis Canonibus

ſen-

ſententiisque Patrum refertum ſit, utiliorem non occurrere. Et Reinhardus, quondam in Univerſitate Altorffina Theologiæ Profeſſ. Publ. *in Gemmulis Theologicis jur. Can. in proœmio* refert, Lutherum 1538. Tom. IV. Jenenſ. Lat. ſcripſiſſe: *Multa ſunt in Libro, quem decretorum Gratiani vocant, præclara & ex Patribus collecta.* Imò & ipſam Auguſtanam Confeſſionem non infrequenter ad Canones à Gratiano collectos, nunc generatim, nunc ſpeciatim provocare, idem Reinhardus teſtis eſt. Decretales & reliquæ partes tantâ rationabilitate & æquitate nituntur, ut juri civili non ſint poſtponendæ, ſed in multis eidem præferendæ. Sæpiusque ſolâ æquitate ſuffultæ, Juris Civilis ſcrupuloſas ſubtilitates, & diſpoſitiones rigidas corrigunt & temperant. Nec quærimus: Unde Jus hoc ſit deſumtum, vel quis illud promulgaverit? Optimè enim Mevius *P.* 3. *Dec.* 133. *n.* 4. inquit: *In Evangelicis Eccleſiis Jus Canonicum non parvi æſtimatur, & recipitur non ob poteſtatem Authoris, ſed ob rationem & Authoritatem conſtituti.* Hinc & Zieglerus in Diſſ. *de Orig. & increm. jur. Can. th.* 68.

in-

ingenuè fatetur, ob uſum juris Canonici, ad quem ſæpius in foro provocamus, Doctores & Licentiatos Juris Utriusque, Sc. Civilis & Canonici penes nos creari. Qvamvis quotidiana experientia teſtetur, plurimos characterem juris utriusque præ ſe ferre, qui tamen tradita juris Canonici penitus ignorant, & ſi allegatum Canonem ex decreto, vel capitulum ex decretalibus videant, utrum ſit textus ex LL. Indorum, an allegatio conſuetudinis alicujus Arabicæ? dubitent. Hanc autem maculam, ne ego incurrerem, præſens compendium adornavi, methodum à Gregorio IX. in Decretalibus uſurpatam adhibui, & ſimul locis convenientibus in fine titulorum breviſſimis verbis differentias utriusq; juris adjeci, ut ita uno quaſi intuitu diſcrepantia juris Canonici à jure Civili perſpici & cultoribus neceſſaria quædam idea ejusdem imprimi poſſit; qualem laborem non infructuoſum fore, aut aliis diſplicere arbitror. Vale ergò B.L. & favere perge, ſique me alicubi erraſſe deprehendes, homines non eſſe cogita. Dabam Hildeſiæ Saxonum die 5. Aprilis Anno 1707.

PRO-

PROLEGOMENA.

§. 1.

Quemadmodum jus derivatur à juſto. *c. jus generale. §. jus autem. diſt.* 1. ita & vox: *Canonicum* derivatur à Canone ſive regula, inſtrumento Architectis proprio ad rectitudines expendendas, & poſtea ad regulas benè vivendi translato; Qvippe canones normam rectè vivendi præbent, &, quod diſtortum pravumque, corrigunt. *c.* 2. *diſt.* 3. Vocatur etiam jus Pontificium, quia Romanum Pontificem Authorem habet; quamvis Schilter. *in Præfat. Inſt. J. Can.* accuratius ità diſtinguat, ut Jus Canonicum magis in decreto Gratiani, in Decretalibus autem jus Pontificium contineatur.

§. 2. Conſtat autem jus Canonicum, quatenus corpore juris continetur, (1) Decreto (2) Decretalibus, quæ iterum ſunt vel Gregorianæ, vel Bonifacianæ, vel Clementinæ, vel extravagantes, quæ omnes

omnes partes juſſu Gregorii XIII. Pontificis & emendata & ſcholiis illuſtrata ſunt; His poſtea acceſſerunt Pauli Lancellotti Peruſini inſtitutiones J. Can. & noviſſimè liber ſeptimus decretalium opera Petri Matthæi Jcti Lugdunenſis, quem is Cardinali Cajetano inſcripſit.

§. 3 Decretum ad imitationem Digeſtorum conſcriptum à Gratiano Monacho Benedictino, privatâ authoritate, ſubſequentibus tamen annis volumen, hoc ſuo modo receptum eſſe, teſtis eſt Felin. *c. 2. de Reſcript.* imò & ipſum Eugenium III. eo quod ejus prælectionem in Italiæ, Galliæ & Germaniæ ſcholis procuraverit, Gregoriumque XIII. dum poſtremam emendationem recognoverit, & diligentiſſimè retinere juſſerit, literis ad principium decreti impreſſis, Decreto vim legis conciliaſſe, non pauci aſſerunt. Quamvis & rurſus alii non majorem decreto concedant authoritatem, quam fontes habent, ex quibus Gratianus ſuos Canones hauſit. Vid. Engel. *in proœm. Coll. J. C. n. 5.* Barboſ. *in Collect. ad Proœm. Decret. n. 5. ſeqq.* Continet autem Decretum tres partes principales:

(1) Di-

1) Diſtinctiones, quæ dividuntur in centum & unam, quarum quælibet ſubdividitur in §§ & Canones & hi interdum iterum in §§. diſpeſcuntur. (2) Cauſas quarum ſunt 36. & ſubdividuntur in quæſtiones, hæ in Canones & hi iterum in §§. (3) Tractatum de conſecratione qui 5. habet Diſtinctiones, quarum quælibet in plures ſubdividitur canones, & hi interdum in §§. Poſt cauſam 33. qu. 3. inſertus eſt tractatus de pœnitentia, conſtans diſtinctionibus VII. Allegatur prima pars ità *Diſ.* 3. *§. omnes ha.. Diſt.* 4. *ſtatuimus* ubi omittitur C. vel ſic. *c. ſtatuimus* 4. *D.* 4. *aut ità: c. Privilegia. Diſt.* 2. *vel* 3. *D.* 2. *ubi omittitur Canon.* Altera pars ita allegatur: *Can. cœpiſti C.* II. *qu.* 3. *vel Can. Cœpiſti* II. *qu.* 3. *Can.* 2. *de pænit. Diſt.* I. *it: de pæn. diſ.* 3. *c.* 3. Tertia pars ità: *De Conſ. diſ.* 3. *c. literis. vel Can. quaris à me.* 129. *Diſt.* 4. *de Conſecr. &c.*

§. 4. Decretales Gregorianæ, quæ etiam κατ' ἐξοχὴν decretales appellantur (ſc. Epiſtolæ) ad imitationem Codicis, juſſu Gregorii IX. Pontificis à *Raymundo de Penna forti* Capellano & pœnitentiario ejus, ex variis tùm ejusdem, tùm alio-

rum

rum Pontificum Epiſtolis ac conſtitutionibus in unum Volumen, & congruos titulos ſunt digeſtæ; prodiit hæc collectio Año Chriſti 1230. & ab ipſo Pontifice fuit approbata. Dividuntur autem hæ Decretales in V. Libros, hi in titulos; Tituli in Capitula (i.e. exigua capita) Quid quinque illi libri tractent? indicat ſequens verſiculus:

1. Judex. 2. Judicium. 3. Clerus.
4. Sponſalia. 5. Crimen.

Sunt verò omniũ titulorũ CLXXXV. Allegatio ità procedit. Vel ponitur primò initium tituli, deinde caput, & (ſi hoc longum) etiam paragraphus. v.g. *De hom. vol. vel caſ. c. ſicut.* §. *eos.* & ſic per excellentiam, omiſſo ſigno alias conſveto X., intelliguntur decretales, quemadmodum de Digeſtis, ſi v. gr. ff. ſit omiſſum, idem aſſerunt. Vel etiam, juxta recentiorem modum, primò initium vel numerus capituli allegatur, deinde ſubjungitur vocabulum *Extra* (Forſan quoniam decretales ſunt extra decretum) quod deſignatur per literam X. & tandem annectitur titulus v.g. *1. Fraternitatem 3. X. de Sepulturis.*

§. 5. De-

§. 5. Decretales Bonifacianæ ſive liber ſextus decretalium, quaſi veluti ſextus liber, ſeparato volumine ad 5. decretalium à Gregorio IX. libros editos, acceſſerit, juſſu Bonifacii VIII. Pontificis per Guilielmum Archiepiſcopum Ebrundunenſem, Berengarium Epiſcopum Biterenenſem, & Richardum Vicecancellarium recognitæ & in ſeperatum hunc librum collatæ ſunt. Noluit enim Bonifacius epiſtolas decretales eorum Pontificum qui poſt Gregorium IX. vixerunt, utpote Gregorii X. Innocentii IV. Clementis IV. & aliorum, quibus & ſuas addidit epiſtolas, inferre libris decretalium Gregorii, hinc has novas decretales juſſit ſeparato volumine deſcribi & ſextum appellari. Eſt autem ſextus hic liber eodem ordine compoſitus, quo decretales κατ' ἐξοχὴν ità dicti, ſive Gregorianæ, ideoque & eodem modo in V. libros dividitur, & hi iterum in titulos, tituli in capita, hæc in §§. diſpeſcuntur. Summa omnium titulorum eſt LXXVII. Allegatur liber ſextus eodem ferè modo, quo decretales, niſi quod ad differentiam addatur: *lib.* vel. *l.* 6. ſive *in* 6. ex. gr. *c.* 1. *de offic. Leg. in* 6.

§. 6.

§. 6. Clementinæ ſunt conſtitutiones quas Clemens V. edidit magnâ ex parte in Concilio Viennenſi, morte verò præventus non omnes publico uſui donare potuit; Hinc ejus ſucceſſor Johannes XXII. eosdem in Avenionenſi civitate, quæ tunc temporis ſedes erat Pontificum, promulgavit, easque Doctoribus & Studioſis Bononiæ commorantibus transmiſit, quemadmodum Gregorius IX. & Bonifacius VIII. ante ipſum quoque fecerant. Dividuntur Clementinæ eodem modo, in V. Libros, ſicut *Decretales* & *Sextus*, juxta materiam ſupra poſiti verſus: *Judex, judicium* &c. Tituli in univerſum ſunt LII. Allegantur Clementinæ ferè uti decretales Gregorianæ, niſi quod loco Capituli ponatur Clem. & X. omitatur. Ex. gr. *Clem. attendentes. §. Statuimus. de ſtatu Monach. Clem. ſæpe 2. de Verb. ſig.*

§. 7. Extravagantes, ita dictæ, quoniam vagantur hæ Conſtitutiones extra volumina juris Pontificii, ſuntque vel Johannis XXII. vel communes. Illæ à Johanne XXII. Pontifice poſt compoſitionem Clementinarum ſunt promul-

gatæ,

gatæ; & ſunt viginti, ſub XIV. titulis. Hæ verò communes, ſunt conſtitutiones collectæ poſteriorum Pontificum, & poſt mortem Johannis prodierunt. Dividuntur in V. libros, uti decretales, ſed quartus liber vacat, forſan quia nullæ conſtitutiones repertæ ſunt, in eum librum referendæ. Modus allegandi hîc idem eſt qui in Clementinis, ſaltim quod loco Clem. ponatur Extr. vel. ex. & addatur demonſtratio utrum ſint Johannis, an Communes ex.gr. *Extr. un. Johan. 22. de Major. & Obed. Ex. com. Ad noſtrum, de regular. & Tranſ. ad relig.*

§. 8 Inſtitutiones juris Canonici à Paulo Lancellotto Peruſino ſunt authoritate Pontificis quidem compoſitæ, non tamen confirmatæ, licet corpori Juris Can. adjectæ fuerint. Liber ſeptimus decretalium eatenus pro authentico habetur, quatenus ipſæ Bullæ in formâ authentica cum plumbo & ſubſcriptione produci poſſunt. vid Engel. *C. J. C. in proœm. n.* 11. Hucuſque jus Canonicum, quod Corpore juris continetur. Sequitur nunc jus, quod illâ compilatione non continetur.

§. 9. Ad hoc pertinent (1) Concordata nationis Germanicæ, quæ ſunt certa pacta inter Fridericum III. Imperatorem & legatum Pontificis celebrata, poſtmodum verò à Pontifice Nicolao V. confirmata (2) Concilia, uti Conſtantienſe, Baſileenſe ex parte, Florentinum, Lateranenſe, Moguntinum &c. inprimis autem Tridentinum (3) Bullarium Magnum in quo omnium Pontificum conſtitutiones integræ continentur (4) Declarationes Cardinalium, ſive interpretationes Concilii Tridentini ab hoc Collegio, juxta inſtitutionem Pii IV. factæ. (5) Regulæ cancellariæ Apoſtolicæ, quæ magna ex parte cauſas beneficiales concernunt, & à quolibet novo Pontifice renovantur, quippe morte cujuſq; Pontificis ſemper expirant. (6) Deciſiones rotæ Romanæ, quæ quidem jus inter partes litigantes, ſed non univerſale faciunt. (7) Rituale Romanum, quod ritus, per continuum uſum in Eccleſia obſervatos, circa Divinum cultum & diſtributionem Sacramentorum à parochis adhibendos, proponit. (8) Conſtitutiones Marchiæ Anconitanæ,

quæ

æ & Ægidianæ dicuntur, qvarum ta-
:n in ſtatu Eccleſiaſtico duntaxat, ra-
verò alibi extra illum, uſus cernitur.

§. 10. Qvod tandem ipſam juris Cano-
:i authoritatem, caſu quo inter illud &
Civile pugna eſſe videtur, attinet,
|uentes à canoniſtis ſuppeditantur re-
læ: 1. Qvoties res dubia eſt jure civili,
'e autem Canonico definita, Standum
juri Canonico. Limitationem verò
am addunt, *niſi ſtatutum jubeat ſecundum
civile judicare*, contradictionem ſapit,
n omnis applicatio juris, præſuppo-
: jus certum, quod enim dubium, ap-
cari non poteſt, & eo ipſo quo applico
dubium, certum eſſe declaro.
)oties aliquid eſt jure Civili definitum
non jure Canonico, prævalet jus ci-
:. 3. Qvoties inter jus civile & ca-
ıicum contradictio intercedit, jus
ile ſervatur in terris Imperii, jus Ca-
ıicum verò in terris Eccleſiæ. Exci-
ntur tamen materiæ peccati, con-
:ntiæ & æquitatis, ubi prævalet jus
ıonicum, etiam in terris Imperii.
nf. Engel. *Coll. J. C. proœm. n.* 19. *& ſeqq.*

In

In dubio autem illa via eſt amplectenda, quæ jus civile & canonicum ad conſonantiam ducit. *c. cum expediat. de elect. in* 6. Neque diſcordia inter jus civile & Canonicum ſtatui debet, præterquam ſi ea expreſſe reperiatur. Jaſon. *ad auth. Noviſſima. n.* 32. *C. de inoff. teſtam.*



LIBER

LIBER I. DECRETAL.

TIT. I.

e ſumma Trinitate & fide Catholica.

§. I.

Nitium fecit compilator Raymundus à parte generali, in decretalibus, quæ complectitur IV. titulos priores. Horum primus inſcriptus eſt *ſumma Trinitate & fide Catholica*, partim quia ɩs & norma Juris Canonici & univerſæ relinis, pietatis & cultus divini fundamentum mum eſſe debet doctrina de Trinitate in divi- & fide Catholica; partim etiam, quia Juſtinia- ; Codicem ſuum ità inchoavit.

ʃ. 2. Vocem Trinitatis in ſynodo Alexandri- Anno Chriſti 315. vel poſt Nicænam ab Athaio & Euſebio Epiſcopis Alexandriæ congreis auditam primum eſſe, ſunt qui autumant; à Juſtino Martyre, ſcriptore longè antiquioin lib. *de Expoſit. Fid.* jamtùm uſurpatam eſſe. atur Strauch. *in Amœnit. jur. Can. Ecl.* 1. *c.* 14.

ʃ. 3. Deſcribitur autem ſumma Trinitas ab ocentio *in c.* 1. *hic* quod ſit unus Deus verus, rnus, immenſus & incommutabilis, incomprehibilis, omnipotens & ineffabilis, pater & filius piritus ſanctus: Tres autem perſonæ, ità ta- ı ut una eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſim-

plex omninò. Pater à nullo, filius à Patre ſolo, ac ſpiritus ſanctus pariter ab utroque: abſque initio ſemper ac ſine fine. Pater generans, Filius naſcens, ſpiritus ſanctus procedens: Conſubſtantiales, & coæquales, & coomnipotentes & coæterni. Sed hæc & ſimilia Theologis lubentiſſimè relinquo.

§. 4. Profeſſio fidei Catholicæ à Pio IV. promulgata, continetur *in VII. Decretal. lib. 3. tit. 5. med. cap.* Ipſam verò Bullam Pii IV. proponit Barboſa *in tract. de Canon. C. 17. n. 32.* Hancque Profeſſionem etiam à Regina Sueciæ Chriſtina Oeniponti factam eſſe, Londorpius in actis publicis *l. 7. contin. cap.* 188. teſtatur.

§. 5. Quinam ad profeſſionem fidei Catholicæ obligentur, videre eſt ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *de Reform. c.* 12. Illud ſaltem addo: quod illi, qui Catholicam profiteri incipiunt religionem, memoratam profeſſionem Pii IV. quæ in rituali Eichſtettenſi quoque in linguâ Germanicâ continetur, recitare debeant; ubi poſt verba: *curaturum* &c. exhibetur profeſſionem facienti liber Evangelicorum apertus, cui jubetur imponere duos digitos dextræ manus, & ſequentia pronunciare: *Ego Idem, &c.*

TIT. II.
De Conſtitutionibus.

§. I. OMne Jus eſt vel divinum vel humanum. Illud eſt vel revelatum vel connatum. Revelatum eſt quod in lege continetur & Evangelio *Diſt.* 1. *in ſum.* & omnibus aliis ſcriptis canonicis

ıicis præfertur. *C. quis neſciat* 8. *diſt.* 9. atque nutabile eſt *c. fin.* §. *his itaque Diſt.* 6. Conna-ı, eſt jus naturale ſi ſingulis hominibus appli-ır, ſi verò univerſis gentibus, vocatur Jus ıtium.

ʃ. 2. Ad humanum Jus pertinet etiam Jus onicum, quod eſt Jus poſitivum à ſummis Pon-ːibus Eccleſiæ Romanæ conſtitutum vel ap-batum, ut piè ac decenter actiones inſtituan-. Eſtque vel ſcriptum vel non ſcriptum, illud hujus loci, de hoc in tit. *de Conſuetudine*.

ʃ. 3. Scriptum Jus conſtituunt Conſtitutiones leſiaſticæ, quæ ſunt quælibet pars Juris Pon-ːii ſcripti, ſive à ſummo Pontifice, ſive ab aliis ːrioribus, qui tamen poteſtatem habent Ju-ːondendi, profectæ. Hæ conſtitutiones ſunt vel *ales*, quarum nomine veniunt ſtatututa à Me-ɔolitanis, Epiſcopis, Capitulo ſede vacante &c. que ſuperiorem recognoſcentibus profluen-, vel *generales*, quæ complectuntur aut decreta ıciliorum generalium *c.* 3. *diſt.* 1. Conſtitutio-Pontificum, aut dicta ſanctorum *c.* 2. §. *porro* 3. Lancell. *l.* 1. *J. J. Can. tit.* 3. §. 1.

ʃ. 4. Metropolitanus omnes Provinciæ Epiſco-ſive Suffraganeos propter Eccleſiaſticas ſas quolibet triennio, Concil. Trid. *ſeſſ* 24. *de* ɔrm. *c.* 2. convocat, quæ congregatio vocatur ıcilium provinciale *c. propter d.* 18. Epiſcopus uâ diœceſi ſingulis annis, Concil Trid. *c. l.* §. convocat Abbates, Presbyteros & Clericos, e celebratio vocatur ſynodus Epiſcopalis,

c. pen. diſt. 18. Hic quæ decreta ſunt, propriè Conſtitutiones dicuntur, & tantum ejus Provinciæ & Diœceſis homines obligant. *c.* 1. *d.* 18. modo Conciliis generalibus non adverſentur *c.* 1. *diſt.* 18. Si à ſede Apoſtolicâ fuerint confirmata *c.* 8. *X. hîc* cæteros quoque Chriſtianos obligant *c.* 1. *diſt.* 20. Quia poſt impertitam à nobis authoritatem, proviſio noſtra cenſetur effecta inquit S. Pontifex *in c.* 22. *de Præbend. in* 6.

§. 5. Concilia generalia ſunt, quæ Epiſcopi ex univerſo orbe Sedis Apoſtolicæ authoritate *c.* 1. *&* 2. *diſt.* 17. Fidei Evangelicæ aſſerendæ cauſa in unum convenientes, condiderunt, *c.* 1. *verſ. ſub hac. diſt.* 15. Horum ſtatuta propriè canones dicuntur, & ab omnibus ſervari debent. Spectant huc inprimis quatuór priora Concilia ſcil: Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum & Chalcedonenſe *c. ſancta. diſt.* 16.

§. 6. Conſtitutiones Pontificum à ſummo Pontifice vel ſolo, vel cum conſilio Cardinalium, vel motu proprio, vel ad interpellationem alterius fiunt. Felin. *h. ad rubr. n.* 2. Zœſ. *h. n.* 30. *&* 31. Hæ ſunt vel generalia, & omnibus legem imponunt, *c.* 1. *h.* vel ſpecialia, & tum eos, quibus conceſſæ, obligant, *c. ideò* 25. *qu.* 1. *c. privilegia. diſt.* 3. privilegiaq; dicuntur; de quibus vid infr. *lib.* 5. *t.* 33.

§. 7. Patrum ſive ſanctornm dicta ſunt illa, quæ ex ſcriptis Doctorum Eccleſiæ à Gratiano, authoritate Eugenii III. Juris nomen acceperunt & ſacris canonibus inſerta ſunt. *c.* 1. *ſeqq. diſt.* 20.

§. 8. Alii dividunt Conſtitutiones Eccleſiaſticas in 7. ſpecies, uti ſunt (1.) *Canon*, cujus appellatione

ione generali venit quælibet conſtitutio Ec-
:ſiaſtica, in ſpecie verò denotat conſtitutionem,
ıciliarem i. e. in concilio aliquo ſive generali ſive
ɔvinciali, ſive Epiſcopali promulgatam. (2) *De-
tales Epiſtolæ* quæ ipſæ ſunt conſtitutiones Pon-
cum, & per ſe vim obligandi habent, licet cor-
ri Canonum non ſint adſcriptæ. *c.* 1. *diſt.* 19.
) *Decretum*, quod Pontifex ex conſilio Cardi-
lium ad nullius Conſultationem edit. *c.* 10. *x.
his quæ fiunt.* (4.) *Dogma*, reſpicitque fidem
ıriſtianam (5.) *Ma› datum*, quod de diſciplina
cleſiaſtica diſponit; ſpecialiſſimè autem deno-
clauſulam quæ annexa eſt ſanctioni v. gr. ſub
tute obedientiæ, ſub anathemate &c. (.6) *In-
dictum*, quod ad correctionem præſentium aut
ninentium malorum ſpectat (7.) *Sanctio*, quæ
tam pœnam non obtemporantibus imponit.
nſ. Vallenſ. *ad h. t.* §. 1. *n.* 6. ſed hæc diſtinctio
magiſtralis, quemadmodum & præcedens.

§. 9. Illa quoque denominatio non eſſe vide-
omittenda, quæ Conſtitutionem eſſe de cor-
re Juris, vel in corpore Juris clauſam, propo-
, quæ tamen cum pertineat ad jus civile, hîc
ius veniunt notandæ leges canonizatæ, quæ
il aliud ſunt, quam Conſtitutiones principum
corpus juris Canonici relatæ, & quæ in me-
alicujus canonis poſitæ ſunt, à quibus diffe-
ıt leges regiſtratæ, quæ ſimpliciter à Gratiano
lecretum ſunt tranſcriptæ. Strauch. *in amœnit.
. Can. Ecl.* 7. *c.* 7.

§. 10. Debent autem Conſtitutiones ferri ver-

bis *diſpoſitivis*, aſſertiva enim verba & enunciativa vim legis non habent, niſi etiam ex iis animus condendi legem colligi poſſit, huic enim verba tantùm inſerviunt, & ſic illi hæc cedere debent. Requiritur quoque ut ferantur *ſubditis*. Hinc canonum ſtatuta ab omnibus tàm in actionibus quàm judiciis debent cuſtodiri per *c.* I. *h. t.* & leges Laicorum non obligant Eccleſiaſticas perſonas *c.* 7. *h. t.* Nec ipſum Legislatorem S. Pontificem *c.* 6. 33. *qu.* 2. *arg. l.* 31. *ff. de* LL. Debet quoque Conſtitutio eſſe *juſta*; Hinc ſtatutum cononicorum, proventuum inæqualitatem in præbenda inducens eſt invalidum *c.* 6. *h. t.* Canonicique non poſſunt proprio ſtatuto minuere numerum præbendarum, niſi à Pontifice Romano confirmetur *c. pen. h. t.*

§. II. Ferri debent Conſtitutiones ità ut ab omnibus intelligi poſſint arg. L. 9. *C. de* LL. ſic ergo & promulgari. Poſt promulgationem ſtatim obligant ſcientes, ignorantes verò poſt intervallum arbitrarium *c.* I. *de conceſ. præb. in* 6. *c.* I. *de poſtul. Prælat.* niſi certum tempus adjectum, poſt quod demum obligare debeant. Exemplum eſt in Concilio Trident. *ſeſ.* 24. *de reform. c.* I. *in fin.* Debent quoque ſe extendere ad res futuras arg. L. 7. *C. de* LL. niſi nominatim de præteritis juſta de cauſa caveatur, uti exemplnm occurrit *in c. ut tu* 5. *x. de Uſuris.* Aliud planè eſt, ſi tantum lex antiqua declaretur, cujus exemplum eſt in *c. quoniam* 40. *x. Simonia.* Gonz. *ad c.* 2. *X. h. t. n.* 17.

DIFF.

J. Civ. Imperator licet ſit LL. ſolutus L. 31. *ff. de Leg. Nov.* 105. *c.* 2. *in fin.* ſe tamen LL. ſubmittit L. *digna vox* 4. *C. de* LL. L. 3. *C. de teſtam.* L. *fin. ff. eod.* L. 22. §. 2. *de jur. fiſc.*

J. Can. Summus Pontifex mundanis LL. non obſtringitur *c.* 6. *qu.* 2. 33. Ex plenitudine poteſtatis de jure ſupra Jus diſpenſat. *c. ſignificaſti X. de foro compet.* & propriâ aurhoritate ſuo ore cauſam ſuam judicat *c. nunc autem* 7. *diſt.* 21.

TIT. III.
De Reſcriptis.

§. I. SPecies Conſtitutionum, ſed perſonalium, ſunt reſcripta: Inter eas enim tantùm perſonas inter quas conceduntur, vim Conſtiſtutionis obtinent. *c.* 11. *X. de conceſſ. præbend.*

§. 2. Sunt autem *reſcripta* literæ *c.* 1. *h. t.* à ſummo Pontifice *c.* 2. *& paſſim eod.* vel à Vicario Pontificis *c. pen. x. de offic. Vic.* vel ab Epiſcopo, Vallenſ. *ad h. t.* §. 1. *n.* 2. aliquo conquerente *c.* 2. *&.* 4. *x. de procur.* aut ſupplicante *c. ult. x. de eo qui cognov. ux.* NB. in gratiam preciſtæ, emiſſæ, ut inter partes & in negotiis ſeu rebus, ſuper quibus conceduutur, vim conſtitutionis habeant.

§. 3. Poteſt autem contingere, ut ad alicujus intimationem *c.* 2. inſinuationem *c.* 3. x. *eod.* & ſic ad præmiſſas preces aliquid conſtituatur, quæ tamen conſtitutio non eſt reſcriptum; quippe illæ preces legibus univerſalibus anſam dare poſſunt,

§. 4. Dividuntur Reſcripta in Apoſtolica, Im-

rialia, Epiſcopalia; in Monitoria, Præceptoria & Executoria; in reſcripta ſignata & Bullâ aut Breve expedita; ſed optima diviſio reſcriptorum eſt in gratiæ & juſtitiæ. Reſcripra gratiæ dantur multipliciter & ſic etiam ad beneficia obtinenda Eccleſiaſtica, & ſic dicuntur reſcripta ad beneficia, it: mandata de providendo it: gratiæ ſeu expectativæ Alteſſ. *ad X. h. t. c.* 17.

§. 5. Reſcripta juſtitiæ tendunt ad juſtitiam adminiſtrandam, vocantúrque aliàs reſcripta ad lites, quibus, ſi per mendacium aut veritatis occultationem fuerint impetrata, exceptio ſub & obreptionis opponi poteſt. *c.* 4. *de præb. in* 6. Felin. *in c. ſuper literis n.* 17. *de reſcript. & ad c. audientiam n.* 27. *eod.* ſive autem contra, ſive præter jus impetrata ſint, non nocet *c.* 1. *&* 2. *diſt.* 19. *c.* 3. *diſt.* 29.

§. 6. Legitimè quoque reſcriptum debet eſſe inſinuatum, ante enim nullum habet effectum *c.* 59. *X. de Appell.* Engel. *h. n.* 18. quæ inſinuatio etiam poſt annum fieri poteſt *l.* 2. *C. de diverſ. Reſcript.* niſi impetrans dolo vel culpâ inſinuationem omiſerit, & adverſarius contrarium inſinuaverit *c. plerúmque* 23. *X. de reſcript.*

§. 7. Differunt Reſcripta gratiæ & juſtitiæ, quod (1.) illa, quando res prout ſe habet, fideliter narrata non eſt, ipſo jure ſint nulla, propter defectum voluntatis *c.* 20. *h. t.* niſi circumſtantiæ aliud ſuadeant; hæc verò ope exceptionis (2.) in illis attenditur tempus datæ, in his inſinuationis *c.* 59. *de Appell.* (3.) Alio ſigillo gratiæ, alio juſtitiæ ſolent ſignari (4.) Illis apponitur filum ſerici,

poſte-

poſterioribus filum cannabis. Conf. Engell. *C. J. C. h. n.* 17.

§. 8. Quoad concurſum reſcriptorum notandum, quod poſteriora reſcripta prioribus, ſi de iis mentionem non habeant, aut ſi is, qui priora impetravit, iis dolo vel culpa intra annum non ſit uſus *C. ſi autem* 12. *c. plerúmque* 73. *de Reſcript.* præferuntur. *C. cæterum X. eod. ibique Dd.* ſpecialiaque generalibus *C. paſtoralis §. quoniam C. ſtuduiſti de offic. Leg.* Planè ſi ab uno precatore diverſa impetrentur reſcripta neutrum valebit, propter præſumtum dolum à precatore commiſſum. *C. ex tenore* 15 *x. h. t.*

§. 9. Vitiantur reſcripta in genere (1.) ex parte formæ, ut ſi peccatum ſit in conſtructione. *C. ad audientiam* 11. *h. t.* Barbariſmus tamen non nocet. *Vid. C.* 13. *diſt.* 38. & *c.* 38. *diſt.* 38. *de Conſecrat.* Peccatur quoque ſi deſit locus, annus aut dies conceſſionis, it: nomen vel ſubſcriptio Pontificis reſcriptum concedentis, it: ſi reſcriptum & contra ſtylum curiæ, uti ſi Pontifex ad laicos reſcribens eos vocaret fratres, aut ad Epiſcopos & vocaret filios *c.* 6. *X. de crim. falſi.* (2.) ex parte materiæ, ut ſi reſcriptum rem abſurdam & iniquam contineat. *C.* 13. *de off. jud. deleg. c. adhæc* 10. *h. t.* (3) Ex parte impetrantis, ut ſi fraus, malitia, dolus, item & abuſus concurrant *C.* 20. *X. h. t.* quo & pertinet, ſi preciſta ſit excommunicatus, niſi ſuper ipſa excommunicatione reſcriptum impetret. *C.* 1. *in* 6. Vid Deſſel. *h t.*

J. Civ. Reſcripta non valent, niſi clauſula: *ſi preces veritate nitantur*: vel *ſi ità eſt*, expreſsè tenori reſcriptorum fuerit inſerta. *L. ult. C. de div. reſcr.*

J. Can. Hæc clauſula ſemper in reſcriptis tacitè ineſt & ſubintelligitur. *C. 2. & 25. X. h. t.*

TIT. IV.

De Conſuetudine.

§. I. JUs non ſcriptum Canonicum eſt, quod in Eccleſia Romana conſuetudine eſt receptum *C. nolite c. Eccleſiaſticarum diſt.* II. *c. ex literis X. de Conſtit.* Eſt autem conſuetudo Jus non ſcriptum, tacito conſenſu Legislatoris, per actus civium idoneos introductum. Dn. Böhmer. *Introduct. ff. L.* 1. *t.* 3. §. 18. diviſiones, quæ ad Dd. adducuntur, extra illam quæ conſuetudinem dicit eſſe vel generalem vel ſpecialem, multiplicant citra neceſſitatem.

§. 2. Eundem autem conſuetudo in rebus Eccleſiaſticis vigorem, quem ſcripta conſtitutio, habet; modo non bonis moribus, decretis aut conciliis adverſetur. *C. conſuetudo. diſt.* 1. *C. diuturni. diſt.* 12. Et hoc requiſitum conſuetudinis aliàs vocatur *Rationabilitas. C. fin. X. h. t.* Exempla ſunt *in c.* 6. *&* 8. *h. t.* Irrationabilis autem conſuetudo vim legis non habet, qua de re exempla referuntur in *C.* 1. *c.* 3. *c.* 4. *c.* 5. jungatur Concil. Trid. ſeſs. 25. *de refor. c.* 12. *c.* 7. *c.* 9. *c. ult. X. h. t.*

§. 3.

§. 3 Idoneitas actuum conſiſtit (1.) in Pluralitate (2.) Diuturnitate (3.) Uniformitate (4.) in eo, ut ſint voluntarii (5.) Ex opinione neceſſitatis ſuſcepti, & (6.) Rationabiles. Conf. Dn. Böhmer. *c. l.* Conſuetudo notoria non eſt probanda *c. 3. X. de teſtib. cog.* ſi negatur talis, ipſa notorietas procatur decem teſtibus per turbam examinatis. Bocer. *claſſ.* 1. *diſp.* 4 *th.* 16. Ipſi actus verò conſuetudinarii per duos teſtes probantur, & ità conciliandi interpretes.

§. 4. Affinis conſuetudini eſt traditio, quæ eſt doctrinæ, in nullo libro Apoſtolico ſcriptæ, ad poſteros factâ propagatio; Non autem traditio Jus novum introducit, uti conſuetudo, ſed Jus conſtitutnm ſupponit, & introductum conſervat. Engel *C. J. C. h. t. n.* 2. Dividitur in divinam, Apoſtolicam, & Eccleſiaſticam. De authoritate traditionis vid. Concil. Trid. *ſeſſ.* 4. *ibique Barboſ.* Zoeſ. *h. t. n.* 15.

§. 5. Pertinet hûc quoque ſtylus curiæ Romanæ, qui eſt formula, quâ aulæ Romanæ curiales in reſcriptis vel aliis negotiis expediendis, utuntur. *C. cum in cauſis X. de ſentent. & re jud.* & ubi Jus non eſt contrarium, in deciſionibus allegari poteſt.

TIT V.
De Poſtulatione.

§. I. EXplicatâ parte generali, aggredimur nunc Decretalium partem ſpecialem, quæ tractat (1.) Perſonas, de quibus *Lib.* 1. *X.* (2) Res

Res, de quibus *Lib.* 3. & 4. (3.) Actiones de quibus *Lib.* 2. & 5. *Decretal.*

§. 2. Antequam autem ad materiam poſtulationis tranſitum faciam, differentiam perſonarum quoad ſenſum Juris Canonici paucis præmittam, ut ſequentia melius intelligi poſſint.

§. 3. Perſonæ hoc jure ſunt vel Clerici vel Laici. *C. duo ſunt genera Chriſtianorum.* 12. *qu.* 1. *C.* 1. *diſt.* 21. Hi huc non pertinent. Clerici autem, quaſi in ſortem Domini electi divinis officiis ſunt mancipati, hinc ut iis intentius vacare poſſint, ab omni temporalium negotiorum turba & ſtrepitu ſe continere debent. *d. c. duo ſunt.* Suntque vel *religioſi* ſive *regulares* qui monaſterii anguſtiis circumſcripti ſub unius prælati nutu vota ſubſtantialia ſervare debent, & ſic ſe maximè religioni devoviſſe cenſentur, vel *ſeculares Clerici.*

§. 4. Hi ſunt aut *in Sacerdotio*, qui iterum vel in altiori gradu ſeu ordine ſunt, vel in inferiori; aut *in ſacris*, *aut in minoribus ordinibus*, i. e. *nec in ſacerdotio, nec in ſacris.* In Sacerdotio & altiori ſunt Epiſcopi & qui illis ſunt ſuperiores, it: Archidiaconi, Archipresbyteri. In Sacerdotio & inferiori ſunt Presbyteri. In ſacris ſunt Diaconi & Subdiaconi, qui etiam abuſivè Sacerdotes dicuntur. In minoribus ordinibus ſunt illi qui primam tonſuram tulerunt ut Pſalmiſtæ, Oſtiarii, Lectores, Exorciſtæ, Acoluthi.

§. 5. Poſtulatio eſt concors & ſupplex Capituli vel Collegii petitio de certa perſona ad dignitatem Eccleſiaſticam admittenda, quæ alias

propter

propter defectum aliquem ad regendam & adminiſtrandam Eccleſiam eligi & aſſumi non poteſt Deſſ. *Erot. J. C. h. t. q.* 1. Gl. *in c. fin. h. t. c. innotuit, de elect.*

§. 6. Defectus ille, non eſt vitium animi vel corporis, nec etiam indignitas indiſpenſabilis propter crimen commiſſum v. G. hæreſin, latrocinium &c. quinimò qui talem criminoſum poſtulant, puniuntur & poteſtate hâc vice privantur. *C. 2. X. h. t. c. ſcriptum X. de elect.* ſed talis, propter quem non eſt poſtulandus planè inhabilis, ad proſpiciendum Eccleſiæ, uti eſt defectus qualitatis alicujus, aut ætatis v. G. minor triginta annis, Laicus, in minoribus ordinibus conſtitutus, Bigamus, Poſſeſſor alicujus Eccleſiæ &c. Ubi poſtulantes diſpenſationem à ſuperiori per poſtulationem petere debent. Conf. Fr. Duar. *de S. S. Eccl. Min. L.* 5. *c.* 2.

§. 7. Superior autem eſt vel proximè talis, vel omnium ſuperior, ut Pontifex; illius poſtulatio vocatur minus ſolennis ſive anomala, cùm illâ licet factâ, adhuc electio & confirmâtio neceſſaria ſit. Abbas *c.* 1. *h.* Engel. *h. t. n.* 8. Hujus verò ſolennis vocatur, quæ electionis & confirmationis vim habet. Abb. *c. loc.* Quamvis interdum poſtulatio ſolennis & minus ſolennis concurrere poſſint, v. G. ſi Monachus, qui non juſtæ eſt ætatis, poſtuletur.

§. 8. Nititur poſtulatio merâ diſpenſatione ipſius ſuperioris, in cujus arbitrio eſt, velitne illam admittere, nec ne? Niſi in eam duæ ex tribus

col-

collegii partibus conſenſerint, utiliſque vel neceſſaria Eccleſiæ futura ſit; Tunc enim Prælatus poſtulationem rejicere haud poteſt. Abb. *in c. poſtulationem & c. bonæ h. t.* Ante confirmationem tamen poſtulatus Ius non habet, ſecus verò electus poſt ipſam electionem; Poſt approbationem autem poſtulatus plenũ effectum adſequitur.

§. 9. Quodſi poſtulatio cum electione concurrat, non ſufficit, majorem partem poſtulaſſe, ſed requiritur, ut poſtulantium numerus ſit duplo major, qnam eligentium, & ſic ex tribus partibus duæ in poſtulandum convenire debent, & ſic ſi in capitulo ſunt 15. vota, 10. pro poſtulando eſſe debent *C.* 40. *X. de Elect. ibique Panorm.* Si verò poſtulandus cum eligendo non concurrat, ſed etiam cum poſtulando, prævalet major pars capituli. Engel. *C. J. C. h. t. n.* 6.

TIT. VI.
De Electione & Electi Poteſtate.

§. I. Alter modus quo conſtituuntur Prælati, eſt electio; Quæ eſt perſonæ alicujus idoneæ ad Prælaturam vel dignitatem Eccleſiaſticam canonicè facta vocatio. Deſſel. *E. J. C. h. qu.* 1. In ſimplicibus beneficiis alio nomine vocatur *collatio.* Differtque à proviſione Pontificis. Engel. *h. t. in princ.*

§. 2. perſonæ eligentes ſunt illi, qui in capitulo vel collegio ſunt conſtituti, & jus ſuffragii habent, cui jus eligendi competit, vel pacto, vel privilegio, vel conſuetudine *c.* 3. *X. de cauſ. poſſ. & propr.*

propr. Perſonæ quæ eliguntur, debent eſſe ex capitulo, inſimulque idoneæ eſſe tempore electionis. Sunt autem inhabiles Laici, impuberes *c. ex eo quod* 32. *pr. de elect. in* 6. qui in Subdiaconatus officio ſaltem 6. menſibus non fuerunt prius conſtituti. Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *de Reform. c.* 7. In Eccleſiis regularibus ad Abbatiam eligi non poſſunt, qui ordinem profeſſi non ſunt. *c.* 49. *h. t.* qui excommunicatione majore, vel ſuſpenſione per judicis ſententiam illigati. *c.* 39. *h. t. ibique Dd. c. fin. de procur. c. fin. de Cleric. excom. miniſt.* &c.

§. 3. Requiritur autem, antequam fieri poſſit electio, ut Eccleſia vacet. vid. *tot. qu.* 1. *Cauſ.* 7. Et tunc ſunt vocandi omnes, qui de collegio ſunt & qui eligere poſſunt, etiam abſentes, adeò ut vel uno ob contemtum præterito, poſſit infirmari, niſi ille eam ratam habere voluerit. *c.* 18. 28. 35. *& aliis h. t. c.* 46. *in* 6. *c. abſens. eod.* Ex juſta tamen cauſa abſentes, uni vel pluribus de capitulo inſolidum, poſſunt; non per literas, votum ſuum declarare, nec extraneum procuratorem dare. *cit. c. ſi quis juſto* 46. *in h.* 6. *& cit. c. abſentes. eod.*

§. 4. Fit electio vel *per inſpirationem*, quod hodie tamen rarò accidit; vel per *compromiſſum*, quando collegium in unum vel plures fide dignos compromittit, ut ille vel illi electionem faciant, vel per *ſcrutinium*, quandò ſingulorum de Collegio ſcrutantur voluntates ſingulique datis ſeorſim ſuffragiis declarant, quem ſibi velint vacantis ſedis Prælatum. Desſell. *E. J. C. h. t. q.* 2. Hîc

verò

verò duo vel tres debent adſumi, qui ſeorſim vota ſingulorum excipiant, Collationem ſuffragiorum faciant, & tandem publicent ſcrutinium. *vid. c.* 42 *&* 58. *h. t.* ubi non ſufficit, quod major pars conſenſerit, niſi etiam ſit ſanior c. *quia propter c. Eccleſia veſtra, X. h. t.*

§. 5. Electio ſcripturæ mandata, electo, octo dierum ſpatio, ex quo commodè id fieri poteſt, offerri, ejuſque conſenſus peti debet, c. *cupientes* 16. *in pr. &* §. *cæterum. de elect. in* 6. nam ea propter non cogitur *c. geſta* 2. *c. ubi iſta diſt.* 74. ſi intra menſem verò aſſenſum non præſtiterit, *c.* 6. *c.* 27. *de elect. in* 6. Electores ad aliam electionem procedere poſſunt *d.* c. 6. Aſſenſum verò ſi præbeat, jure per electionem quæſito gaudet c. 5. *de elect. in.* 6. c. *qualiter* 17. *eod.*

§. 6. Confirmationem tamen petere debet, & quidem ab eo Prælato, cui dignitas, ad quam electus, immediatè ſubeſt, qui diligenter proceſſum electionis, & electi perſonam examinare. c. *nihil eſt* 44. §. 1. *de elect.* ſi inveniat indignam, rejicere, c. 19. *eod.* ſi dignam confirmare tenetur.

§. 7. Petenda eſt confirmatio intra tres menſes, poſt conſenſum electioni præſtitum c. *quam ſit. de elect. in* 6. vid. tamen c. *cupientes* 16. *eod.* Confirmatus ante conſecrationem Pontifici ſummo jurat fidelitatem. *Clem. Romani de jure jur.* c. 13. *de Major. & Ob.* de non alienandis ſed conſervandis rebus Eccleſiæ ſuæ c. 2. *de feud.* Poſt eam, exercet ea, quæ ſint jurisdictionis, c. *tranſmiſſam* 15. *h. t.* poſt conſecrationem verò exercet ea,

quæ

quæ ſunt ordinis, niſi ſimul requiratur Pallium. *C. ſicut* 28. *h. t* *c. transmiſſam.* 15. *eod.* Conſecratio enim Conjugium ſpirituale inter Prælatum & Eccleſiam, quod electione & aſſenſu erat initiatum, confirmatione ratificatum, conſummat. *c. licet.* 4. *de Transl. Epiſc.*

TIT. VII.

De Translatione Epiſcopi.

§. I. TRanslatio eſt diſſolutio vinculi, quo Epiſcopus cum priori Eccleſia junctus erat, & ad alteram Eccleſiam tranſitio. *c. in cauſis* 30. *de elect. c.* 2. *X. de poſtul. Prælat.* vocatur etiam mutatio. *c. mutationes* 35. 7. *qu.* 1. Uti verò Eccleſia non poteſt Epiſcopum ſuum propter ſemel contractum matrimonium ſpirituale, dimittere, & alium in ejus locum ſubſtituere, ità nec Epiſcopus poteſt relictâ ſuâ Eccleſiâ ad aliam tranſire propriâ authoritate citra pœnam privationis utriuſque Eccleſiæ *c.* 3. *X. h. t. c.* 11. *c.* 32. *c.* 33. *c.* 40. *VII. qu.* 1. ſed authoritate tantùm & permiſſu ſedis Apoſtolicæ id Epiſcopo, Clerico verò inferiori authoritate Epiſcopi, facere licet. *c.* 1. 2. *& ult. X. h. t.*

§. 2. Fit autem translatio vel propter utilitatem vel propter neceſſitatem. *c.* 35. *c.* 36. *c.* 37. *c.* 38. *&* 43. *C.* 7. *qu.* 1. imò & Epiſcopo invito. Hoſt. *in §. quæ ſit cauſa transferendi.* Engel. *h. t. n.* 3. Panorm. *ad c.* 5. *X. de permut.* ſi translatio conceſſa, à priori Eccleſia abſolvitur, & facultas tranſeundi per literas dimiſſorias conceditur, palliumque, ſi trans-

lati dignitas id requirat, tranſmittitur *c. 2. c. gratum X. de poſtul. c. in cauſis 30. X. de elect.*

§. 3. Translatus Eccleſiam à qua diſcedit, repetere poteſt, nec aliquid cum ea poſt translationem commune habet. *c. eos.* 7. *qu.* 1. *c. quod in dubiis. X. h. c. ſi quis.* 21. *qu.* 2. Niſi Epiſcopus, qui in alia Eccleſia ſimul eſt Canonicus, à Pontifice indultum impetret, ut ad alium Epiſcopatum tranſire & prius beneficium retinere poſſit. Engel. *C. J. C. h. t. n.* 2.

TIT. VIII.
De Authoritate & Uſu Pallii.

§. I. PAllium eſt ornamentum de corpore Beati Petri ſumtum *c.* 4. *de Elect.* Pontificalis officii plenitudinem conferens. Abb. *in rubr. h.* quale ſit ornamentum? & quatenus dicatur de corpore B. Petri ſumi? Vid. Engel. *h. t.* & Canoniſt. *paſſim.*

§. 2. Accipiunt pallium Patriarchæ, Archiepiſcopi, & quandoque Epiſcopi quibus hoc ſpecialiter indultum, uti eſt in Germania Bambergenſis, in Gallia Dolenſis &c. à ſummo Pontifice. *c.* 23. *X. de privileg.* ſi prius ſedi Apoſtolicæ fidelitatis, unitatis & obedientiæ juramentum præſtiterint *c.* 4. *X. de elect. c.* 6. *diſt.* 23. *c.* 43. *de Conſecr. diſt.* 2.

§. 3. Sine pallio non poſſunt illa peragere quæ ordinis dicuntur, v. g. concilium convocare, chriſma conficere, Eccleſias conſecrare, Epiſcopos vel Clericos ordinare &c. *c.* 28. *X. de elect. pr. & c.* 1. *diſt.* 100. Objectio criminis, quatenus Can-

Candidato pallii noceat, vid. *Ext. un. de auct. & uſ. Pal.*

§. 4. Peti debet pallium ſollicitè & ſæpius *c. 2. diſt.* 100. intra tres menſes à die conſecrationis, aut confirmationis, ubi nulla exigitur conſecratio *c. 1. diſt. eod, ibique Gloß.* Eſt autem pallium perſonale, hinc commodari nequit, ſed quiſque cum eo debet ſepeliri *c. 2. X. h. t.* Et Archiepiſcopi non niſi intra Diœceſin & certis diebus, feſtis ſc. Eccleſiæ celebrioribus, aut cum actus ordinis celebratur. vid. *c. 1. 4. h. t. ibique Gloß.* Pontifex verò ſemper & ubique pallio utitur. *cit. c.*

TIT. IX.
De Renunciatione.

§. I. DE modis acquirendi dignitates Eccleſiaſticas hucuſque; ſequitur nunc amiſſio earundem, quæ fit per Renunciationem. Aliàs autem & aliis modis amittuntur, utpote (1) Morte naturali (2) Morte civilii, puta per ingreſſum in Monaſterium, excommunicationem, degradationem &c. (3) Adeptione pacificâ alterius beneficii, quod cum priori eſt incompatibile (4) Permutatione voluntariâ (5) Variis criminibus.

§. 2. Eſt verò Renunciatio ſpontea abdicatio Beneficii Eccleſiaſtici authoritate ſuperioris canonicè facta. Qui igitur juri ſuo renunciavit, eodem privatur, nec per pœnitentiam ad id habet regreſſum, niſi ob reſtitutionem vel novam conceſſionem *c. 2. 3. 6. h. t.*

§. 3. Fieri autem debet Renunciatio, ſponte & libe-

liberâ voluntate *c. 5. h. t. c. 2. & 4. de his quæ vi metusve.* Imò & ex juſta cauſa, veluti ob conſcientiam criminis, debilitatem corporis, defectum ſcientiæ, malitiam plebis &c. vid. *c. niſi cum pridem* 10. *h.* Superioris permiſſu & in ejus manus *c.* 8. *h. t. c. non oportet.* 7. *qu.* 1. facta renunciatio in manus Laici, in præjudicium renunciantis, non ſuperioris, valet. *cit. c.* Rot. *deciſ.* 352.

§. 4. Sub conditione Renunciatio fieri nequit, *c.* 12. *de offic. jud. del. ibique Gloß.* niſi conſentiente Pontifice. Fr. Duar. *de SS. Ec. Min. lib.* 8. *c.* 2. Tripliciter autem fieri poteſt (1) in perſonæ certæ favorem (2) ut reſignans ſibi reſervet fructus aut penſionem ex beneficio reſignato (3) ex cauſa permutationis. Conf. Laym. *Theol. moral. L.* 4. *tr.* 10. *c.* 11. §. 5. *n.* 52.

TIT. X.

De ſupplenda negligentia Prælatorum.

§. I. NEgligentia Prælatorum toties exiſtit, quoties id, quod fieri debet & poteſt, omittunt. Prælati verò hîc ſumuntur latè pro omnibus illis, qui habent beneficia curata; Horumque negligentia ſuppletur vel *ab homine*, vel *à lege.* Illo caſu, ſi poteſtas propter negligentiam ad ſuperiorem devolvitur, quod imprimis fit in collatione beneficiorum. *c.* 3. *h. t.* Hoc caſu, ſi Epiſcopus ter monitus non vult Abbati benedicere, ipſi Monachus benedicere atque ordines minores conferre poteſt, *c.* 11. x. *h. t.*

§. 2 Eſt autem tempus eligendi præſtitutum in

in Epiſcopis & Prælatis regularibus trimeſtre, in reliquis verò dignitatibus & beneficiis ſemeſtre. *c.* 41. *X. de elect. c.* 2. *& c.* 12. *X. de Conceſ. Prabend.* Niſi Patronus ſit Laicus, cui tantum quatuor menſes ad præſentandum dati ſunt. *c. c.* Quæ tempora ſi fuerint ab eligentibus neglecta, Jus devolutionis locum invenit gradatim ad ſuperiores. *c.* 2. *& ſeq. c. pen. & ult. X. h. t.*

§. 3. Accidit quoque interdum, ut devolutio non fiat ad ſuperiorem, ſed negligentia Epiſcopi ſuppleatur per Capitulum. vid. *c.* 7. *X. de elect. c.* 2. *X. de conc. Prab. c.* 3. *eod. in* 6. *c.* 2. *diſt.* 89. Modo tamen ſeparatim Epiſcopo vel capitulo Jus conferendi competat. Aliud enim, ſi copulativè, quamvis vel maximè jus conferendi poſtea diviſum fuerit inter Epiſcopum & Capitulum, *per turnum*: quia diviſio non tollit Jus devolutionis ad proximè ſuperiorem. Garc. *de beneſ. p.* 10. *c.* 3. *n.* 35

TIT. XI.
De Temporibus Ordinationum & Qualitate Ordinandorum.

§. I. ORdinatio eſt perſonæ Eccleſiaſticæ conſecratio, per quam gratia & poteſtas obeundorum Eccleſiaſticorum munerum confertur. Corvin. *Aph. J. C. L.* 1. *t.* 25. *n.* 2. Adhibentur ſolennitates certæ, inter eaſque manuum impoſitio, hâcque ratione character aliquis indelebilis ſignumque inviſibile animæ ſuſcipientis imprimitur. Vallenſ. *ad X. h. t. n.* 1. Laym. *Th. moral. l.* 5. *t.* 9. *c.* 2.

§. 2. Dividitur ordinatio in Majorem & Minorem. Major ordinatio verſatur circa majores ordines in quibus ſunt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, ex quibus duo poſteriores non ſunt propriè ſacerdotes, ſed tantùm in ſacris; Duo priores ſunt propriè ſacerdotes, quia ſacramentum corporis & ſanguinis domini conficere poſſunt. Minor verſatur circa minores ordines, in quibus ſunt acoluthi, exorciſtæ, lectores, oſtiarii, & Pſalmiſtæ; de quib. vid. *c. cleros. diſt.* 21.

§. 3. Fit utraque ab Epiſcopo in propria Dioeceſi. *c.* 1. *& c.* 3. *C.* 9. *qu.* 2. non alienis ſubditis niſi Epiſcopi ordinarii præcedente Licentia *c.* 2. *de temp. ord. in* 6. Neque tamen omnibus diebus; ſed minores ordines conferri poſſunt diebus dominicis & aliis diebus feſtis. *c.* 3. *h. t.* Modum ordinandi vid. *tot. diſt.* 23. Majores autem ordines tantùm conferuntur in quatuor temporibus, nec non ſabbatho ante Dominicam paſſionis *c.* 1. 2. 3. *h. t. c. ult. diſt.* 75.

§. 4. Si ordinatio extra ſtatuta tempora fiât, ordinatus characterem recipit, ſed ab executione officii ſuſpenditur, donec cum eo diſpenſetur, ordinator quoque Eccleſiaſtica diſciplina coërcetur *c.* 8. *& c. pen. h. t.* Sunt quoque in ordinibus conferendis certa temporum interſtitia obſervanda. Conc. Trid. *Seſſ.* 23. *de Reform. c.* 14. vid. *c. literas* 13. *& c. dilectus* 15. *h. t.*

§. 5. Qualitas ordinandorum conſiſtit in irreprehenſibilitate, ut ſint baptizati, confirmati, maſculi, legitima ætate præditi, legitimè nati, corpore & famâ integri, non criminum rei, cum &

homi-

ıomicidii, quamvis occulti reus, licet pœniten-
iam ſubierit, quippe ſemel propter effuſioné ſan-
;uinis humani irregularis factus, repelli debet
.fin. X. h. t. tandem quoque debent Epiſcopi or-
linantis eſſe ſubjecti, ubi ſufficit ſi quis per trien-
ıium in familia Epiſcopi, ſive ſervitio, ejuſdem
ımtibus vixerit. Concil. Trid. *Seſſ.* 23. *c.* 9. Conf.
:ngel. *h. t. n.* 29.

TIT. XII.

De ſcrutinio in Ordine faciendo.

ʃ. I. SCrutinium vel accipitur pro catechiſmi examine, baptiſmo præmitti ſolito in Ec-
leſia primitivâ, vel accipitur pro inquiſitione
ıffragiorum in electione vel poſtulatione; vel
lenique pro examine ordinandorum; quæ ulti-
na ſignificatio eſt hujus loci.

ʃ. 2. Eſt autem Examen ordinandorum, inqui-
§. 2. Vicarii dati ſunt vel Præbendatorum, vel Prælatorum, vel Epiſcopi. Imò & ſummus Pontifex ſuos Vicarios habet, qui & Viſitatores dicuntur. Vicarii Epiſcopi dati, ſunt vel ſpecificè ita dicti Vicarii, vel Suffraganei, vel officiales. Sicque iterum vel principales ſive generales, vel foranei ſive in certo diſtrictu. Vicariis in ſpecie ita dictis, Epiſcopus committit, ut in cauſis ſpiritualibus & ſic voluntariam jurisdictionem reſpicientibus ipſum ſublevent. Suffraganei, qui non debet promoveri ſine titulo, officium eſt, ut illa expediat, quæ Epiſcopo ſpecialiter, quâ Epiſcopo, competunt; Quamvis ſæpiſſimè Vicarii in ſpecie, & Suffraganei officium uni committi ſoleat. Non tamen hic confundendus, Suffraganeus, qui eſt Vicarius Epiſcopi, cum Suffrageneo Epiſcopo, intuitu Archiepiſcopi, ita dicto. Officialis nomine Epiſcopi contentioſæ jurisdictioni tantùm præeſt, cauſaſque tam civiles quam criminales cognoſcit. Deſs. *h. t. qu.* 4.

§. 3. Vicarius quoque eſt, vel *temporalis* vel *perpetuus*: *Ille* conſtituitur, cum quis ad tempus beneficio ſuo eſt abſuturus. *c. pen. X. de Cler. non reſid.* *Hic* conſtituitur v. G. ab illo, qui paroecialem Eccleſiam dignitati vel præbendæ adnexam habet

abet. *c.* 30. *X. de Præbend. c.* 1. *h. t. c. un. de capel. Monach. in* 6. Vicarius alium Vicarium ſubſtituere nequit. *c.* 4. *X. h.* Debent Vicarii eſſe Clerici non Laici *c. in nona,* 16. *qu.* 7. Idonei, non ordinis mendicantium, religioſi, Monachi, Clerici egulares, niſi cum licentia Prælati, cui ſunt ſubjecti, *Clem.* 2. *de Reſcript.* Rebuff. *in prax. tit. de Vicar. Epiſc. n.* 30. Habent Vicarii jurisdictionem lelegatam. Engel. *h. t. n.* 10. Vid. tamen Vallenſ. *t.* §. 5. Hinc à Vicario Epiſcopi non ad ipſum Epiſcopum, ſed ad Archiepiſcopum appellatur. . 3. *de Appell. in* 6. quia ejuſdem & Epiſcopi unum ribunal *c.* 2. *de Conſuet. in* 6. ſecus eſt in Archidiaono & aliis inferioribus Prælatis *c. c.* 3. *de App. in* 6.

§. 4. Vicarii conſtitutio eſt liberæ voluntatis, n quibusdam caſibus tamen eſt neceſſitatis, quo tiam pertinet diſpoſitio Concilii Tridentini *Seſſ.* 9. *de Reform. c.* 6. ubi Capitulo ſedente vacante adde *ſede impedita*) injungitur, ut Vicarium conſtituat generalem & œconomum, ut uterque uturo Epiſcopo rationes reddat. Cæterum poeſt Epiſcopus in civitate Cathedrali duos onſtituere Vicarios generales, ut cauarum expeditioni facilius conſulatur. Engel. *t. n.* 4. Vicarius perpetuus in diverſis Eccleſiis ſſe non poteſt. *c.* 1. *&* 2. *h. t* Et ſi per ſe non ſeriat, per detractionem fructum vel ipſarum viariarum compelli poteſt *c. ult. eod.*

TIT XXIX.

De officio Judicis delegati.

§. I. DElegatus Judex eſt, qui vices alienas

i. e. delegantis gerit in cauſis ſibi commiſſis. *c. ſanè quia* 11. *c.* 33. *X. h. t.* ratione jurisdictionis contentioſæ differt judex delegatus ab eo cui mandata eſt jurisdictio & à Commiſſario, *tot. tit. ff. de off ejus cui mand.* Lyncker. *in Comment. ibid.* §. 9. In Commiſſarii poteſtate dijudicanda tenor commiſſionis, & ſic commiſſoriale, inſpici debet. *c.* 22. *X. de Reſcript. c.* 33. *X. h. t.* Delegare judicem poſſunt Ordinarii & Pontificis Delegati, quia Delegati à ſumma poteſtate inſtar ordinariorum judicum habentur, & hinc à tali delegato appellatur ad ipſum principem, (hinc differt à Vicario Epiſcopi,) facultasque exequendi, & ſubdelegandi ipſis conceſſa eſt. *c.* 7. *X. h. t.*

§. 2. Delegati debent eſſe maſculi, viginti annorum. *c. cum vigeſimum.* 41. *X. h. t.* niſi partes in aliquem conſentiant, qui eſt XVII. annorum, vel Princeps diſpenſet; Debent porrò eſſe providi, periti, jurisdictioni delegantis ſubjecti. Si à Pontifice vel ejus Legato delegantur, in dignitate vel perſonatu conſtituti eſſe debent, vel ſaltem Eccleſiæ alicujus Cathedralis Canonici. *c. ſtatutum* 11. *ibique Gloſſ. de Reſcrip. in* 6. Vid. *Clem. Etſi* 2. *de Reſcript.* Prohibentur ſurdi, muti, ſenatu moti, infames. *c.* 1. 3. *qu.* 7. *c.* 2. 3. *quæſt.* 7. *L.* 47. *de teſtib.*

§. 3. Delegari poſſunt non tantùm unus, ſed & duo, tres vel plures, hâc tamen ſub differentiâ; Ut ſi unus ſit delegatus, ille ſolus cognoſcat: ſi verò plures, tum videndum, an *ſimpliciter* vel *cum clauſula aliqua* dati ſint; Priori caſu omnes

adeſſe

adeſſe debent; & aliquo abſente nec in cauſa procedi, nec ſententia ferri poteſt, & ſi nihilominus factum, ſententia eſt ipſo jure nulla *c. cum cauſa* 22. *X. h. t* Poſteriori caſu v. G. cum clauſula: *non omnes.* vel: *Conjunctim aut ſeparatim*, aliquo abſente reliqui nihilominus in cauſa procedere poſſunt, modo in priori clauſula attendatur expreſſa impotentia vel noluntas veniendi, in poſteriori qualis ſufficit, imò locus eſt præoccupationi, nec impediti delegati ſubdelegatum (ſuppoſito caſu habili) admittere tenentur *c.* 22. *c.* 23. *X. h. t.*

§. 4. Delegari poteſt & principium, & medium & finis cauſæ. *c.* 27. *eod.* Delegatus verò mandati formam, ſi præſcripta, *c.* 37. *eod. c.* 22. *de Reſcript.* ſi non, juris formam, diligenter ſervat. *c.* 13. *X. h. t.* Cauſâ Delegato commiſſâ, etiam illa commiſſa cenſentur, quæ ad cauſam ipſam pertinent. Et ſic partes compellere, ſeveritateque Eccleſiaſticâ contumaces coërcere poteſt. *c.* 5. *c.* 39. *X. h. t* Sententiam à ſe latam exequitur, ſi verò eſt delegatus Ordinarii, ſententiam ſuam non exequitur, ſed ipſe Ordinarius, licet ſententiam ſciat eſſe injuſtam. *c. paſtoralis* 21. *c.* 26. *c.* 7. *eod.* quod etiam obtinet in Delegato S. Pontificis. *c.* 28. *h. t.*

§. 5. Expirat Delegati Juriſdictio non ſolum ſi ſententia definitiva *executioni* mandata, *c. in literis* 9. *eod.* ſed etiam *Revocatione* Delegantis re integrâ *c. quamvis* 6. *eod. in* 6. *Morte* tam Delegantis, quam Delegati, tàm actoris quàm rei re integrâ.

TIT. XXX.
De officio Legati.

§. I. LEgati Pontificis ſunt vel *merè Nuntii & non Judices*, qui ad certum actum exercendum mittuntur v. G. ad excipiendum Imperatorem, *c.* 9. *d.* I. *c. ult. d* 97. alii *ſimul ſunt Judices*, & generaliter in Provinciam mittuntur, ut eandem ſub fide retineant, & hi ordinariam jurisdictionem habent *c.*6. *h. t. in* 6. Deinde alii ſunt vel *Legati à latere* qui ex Collegio Cardinalium ad hoc munus conſtituuntur *c.* 7. 16. *qu.* I. & hi dum legatione funguntur, Apoſtolicæ dignitatis inſignibus utuntur. *c.* 23. *de privil.* vel *Legati miſſi* ſive *Nuntii Apoſtolici*, qui non ex ordine Cardinalium conſtituuntur, ſed v. gr. Epiſcopis, Prælatis hæc functio demandatur, in Provinciámque per ſummum Pontificem cum mandato & poteſtate mittuntur *c.* I. *h. t. in* 6. *c.* 6. *de præſumpt.* Vid. Wagneeck. *ad rubr. h. t.* vel *Legati nati*, qui dignitati Eccleſiaſticæ hoc officium & munus annexum habent, qualis in Germania eſt Archiepiſcopus Salisburgenſis &c.

§. 2. Legatorum poteſtas pendet maximè ex mandati tenore & literis ſuæ commiſſionis; Hinc non creditur Legato, niſi literas ſuæ legationis oſtendat. *C ult. diſt.* 97. Legatus tamen *de latere* majorem poteſtatem quam alii habent, ſic quosvis excommunicatos propter manuum injectionem in Clericos abſolvere, *c.* 9. ibique Panorm. *C. h. t.* beneficia non vacantia in Eccleſia aliqua Cathedrali vel Collegiata ſuæ collationi reſervare

vare. *c. 3. h. t. in* 6. ibique Gloſs. Et in genere omnia poteſt, niſi ſoli ſummo Pontifici reſervata, aut ſpeciali mandato opus habeant. *c. 3. & 4. h. t.* Exempla ſunt in *c. 4. hic in 6. c. 3. c. 4. eod. c. translationem c. ſicut unire* 8. *de exceſſ. Prælat. c. 5. h. t.* Omnium Legatorum officium eſt, noxia evellere, & ſalutaria inducere *c. 2. h. t. in 6. c. 1. de Conſuet. c. 6. de præſumt.* Cauſas provincialium, ut Judices ordinarii, audire & corrigere *d. c. 1. & 2.* Concilium provinciæ vocare. Abb. *in c. quod translationem. n. 6. h. t.* vid. *c. 7. cap. fin. eod.*

§. 3. Finitur Legatorum Officium lapſu temporis, ſi ad certum tempus ſint dati. *C. 4. X. de off. jud. del.* Revocatione Pontificis, *c. ult. hic.* Relatione Pontifici factâ. *c. 5. eod.* Morte Legati, *c. 6. de præſumt.* modò res ſit integra. *C. 2. de off. Ord. in 6.* Diſceſſu ex provincia cum animo non redeundi. Gloſs. *ad c. 3. eod in 6*

TIT. XXXI.

De officio Judicis Ordinarii.

§. I. ORdinarius eſt, qui jurisdictionem habet ſuo jure, i. e. jure magiſtratus, vel officii, quod ſuſtinet; Adde huic Vicarium Epiſcopi generalem & foraneum Engel. *C. J. C. h. t n. 2.* Et ſic à ſententia Vicarii non appellatur ad Epiſcopum ſed ad Archiepiſcopum *c. 2. de Conſuet. in 6. c. 3. de Appellat.* Habentur autem pro ordinariis Judicibus Pontifex *c. pen. & ult. 9. qu. 3.* Secundò Legatus *de latere*, tertiò Legatus non de latere. *c. volentes 8. X. de offic. leg.* Quartò Patriarcha. Quintò Archiepiſcopus. Sextò Epiſcopus *c. 9. h. t. c.*

l. c. 66. de Apell. Septimò Prælati Epiſcopo inferiores, ut Archidiaconus & quilibet Eccleſiæ Præfectus *c. 3. ibique Gloſ. h. t.*

§. 2. Inprimis autem Ordinarii titulus tribuitur Epiſcopo, ſiquidem in ſuâ Diœceſi eſt Ordinarius omnium cauſarum ad forum Eccleſiaſticum de jure ſpectantium *c. 16. h. t.* Quapropter in Clericos ſuæ Diœceſeos omnem exercet jurisdictionem *c. 13. h. t.* Excipiuntur Canonici Cathedrales, qui Judices habent inferiores, Decanum, Capitulum. Commonitio tamen Epiſcopo competit. *c. c. 3.* Vid. Vallenſ. *h. t.* §. 2. *n.* 4. In laicos porrò jurisdictionem habent in ſpiritualibus, ut & in cauſis & criminibus Eccleſiaſticis, nec non in illis, quæ ſunt mixti fori, uti matrimoniales.

§. 3. Poteſtas Epiſcopi ad quatuor capita redigi poteſt, ità ut quædam eidem competant jure *ordinis*, quædam ex *lege Diœceſana*, quædam ex *jurisdictione*, quædam denique ex *dignitate Epiſcopali.* Jus ordinis diſtinguitur iterum in illud, quod Epiſcopis ſolis proprium, & illud, quod cuivis Sacerdoti non Epiſcopo, proprium eſt. Ex indole legis Diœceſanæ ad Epiſcopum ſpectare dicuntur illa jura, quæ exercet ob Diœceſin. Jurisdictio Epiſcopalis tum concernit perſonas Eccleſiaſticas, tum cauſas Eccleſiaſticas, quæ ſunt vel abſolutè tales, vel mixti fori, vel ſubſidiariæ; porrò quoque verſatur circa pœnas Eccleſiaſticas tam vindicativas, quam medicinales, harumque pœnarum remiſſiones, abſolutiones, indulgentias &c. Dignitas Epiſcopalis

eſt complexus variorum jurium Epiſcopo ratione ſtatus Epiſcopalis, ſeu externi honoris, prærogativæ, &c. competentium. De quibus ſingulis vid. Diſſert. noſtra: *De juribus Capituli ſede impedita c.* 3.

§. 4. Capitulum *Sede vacante*, multò magis Sede impedita, eandem ferè poteſtatem, quam Epiſcopus, habet, exercetque jure ordinario omnia quæ ſunt jurisdictionis. *c. un. de Major. & obed. in* 6. *c. pen. de ſuppl. neglig. præl. in* 6. Gonzal. Tellez. *ad c.* 2. *X. ne ſede vac. n.* 2. Duarr. *de SS. Eccl. Min. l.* 3. *c.* 6. Gail. *c.* 30. *n.* 12. *&.* 18. Vallenſ. *ad tit. X. ne ſede vac. n.* 6. Conſ. *cit. diſſert. noſtra. c.* 3. *per tot.* Archiepiſcopus in Suffraganeos, non in Suffraganeorum ſubditos; paucis articulis exceptis, poteſtatem habet. *c. paſtoralis.* 11. *h. t. in* 6. Solus Pontifex Romanus non ſolum Romæ, ſed ubilibet locorum in omnes Eccleſias & Chriſtianos jura Epiſcopalia exercet. *c. patet. c. ipſi.* 9. *qu.* 3. *c. qui ſe ſcit.* 2. *qu.* 6. *c.* 2. *de præbend. in* 6.

TIT. XXXII.

De Officio Judicis.

§. I. AGitur in hoc titulo, de officio Judicis in genere, prout eſt commune Judicibus hactenus relatis. Eſt autem Judex, Perſona, quæ jurisdictioni præeſt, ac populo, juxta legis præſcriptum, locique conſuetudinem, jus dicit. *c.* 10. *de verb. ſign.* Officium judicis conſiſtit in poteſtate lites dirimendi, puniendi, gravamina tollendi, ſententiam dicendi, dictamque executioni mandandi, & in ſumma ejus officium patet latiſſimè.

§. 2.

§. 2. Dividitur officium Judicis in Nobile & Mercenarium *C. infames 2. §. ſi verò 3. qu. 7.* Nobile vocant, quod per ſe ſtat & imploratur, nec illi actioni ex præſcripto ſubſervit. Mercenarium vocant, quod actionis inſtitutæ naturam ſtrictè ſequitur, nec ultra eam quicquam adjudicat. Hinc oriri uſum clauſulæ ſalutaris, vi cujus ſemper Nobile officium judicis implorant, dicunt. Sed hæc clauſula otioſa eſſe videtur, cum per *l. unic. C. ut quæ deſint adv. part.* Judici officium ſuppletorium injunctum fuerit, ratione eorum quæ juris ſunt, quæ verò facti ſunt, nequidem clauſula ſalutaris ſanat.

TIT. XXXIII.

De Majoritate & Obedientia.

§. I. TItulus hîc omnibus Clericis communis eſt, quia generaliter ut majores minoribus dilectionem, ità minores majoribus reverentiam, & quandoque etiam obedientiam præſtare debent. c. 3. *c. 9. h. c. ult. diſt.* 89. *C.* 15. *diſt.* 93. Eſt verò Majoritas prærogativa quâ quis cæteris *dignior* eſt, ex quâ naſcitur obedientia.

§. 2. Competit autem vel ratione ordinis, vel ratione benedictionis & Conſecrationis, vel ratione temporis, vel ratione ordinantis. Ratione *ordinis* prærogativa eſt, quæ competit Majoribus præ minoribus ordinibus, & tàm in illis quàm in his ſunt certi gradus. *C. 5. diſt.* 93. vid. *C.* 15. *h. t.* Ratione *Benedict. & Conſecrat.* uti Abbas & Abbatiſſa Monachis & Monialibus c. 12. *h. t.* majores ſunt, uti & Epiſcopus conſecratus electo major eſt.

§. 3.

§. 3. Ratione *Poteſtatis*, ut Archidiaconus Archipresbytero major eſt. c. 1. *de off. Archipresb. c. un. de off. Prim. Tempus ordinationis* priori ordinato præ poſtea ordinato prærogativam tribuit. c. 1. *X. h. t.* c. *ult. diſt.* 17. c. *ult. diſt.* 75. Ratione *ordinantis* major eſt, qui ordinatus à ſuperiore inter alios ejuſdem ordinis eſt magis honorandus. c. *per Tuas.* 7. *h. t.*

§. 4. Obedientia conſiſtit in conſeſſu, in ſuffragio, in honoris exhibitione & in eo, ut minor dicto audiens majori morem gerat; niſi ſupra poteſtatem vel extra officium aliquid mandet. vid. c. 2. 4. 5. 9. 19. x. *h. t.* c. *non oportet. diſt.* 93. ſi quis dubitet, an quod imperatur licitum ſit, nec ne? Tunc obediendum potius quàm tergiverſandum. c. *quod culpatur.* 23. *q.* 1. Cæterum Minor majori præfertur, ſi vices ejus gerit qui utroque major eſt. Sic Diaconus Epiſcopi vices gerens præfertur Presbytero. c. *pen. h. t.* c. *ult. diſt.* 93.

TIT. XXXIV.

De Treuga & Pace.

§. I. TReuga eſt ceſſatio ab armis ad tempus. Eſt vox origine Germanica & derivatur à **Treue**. Vocatur à Carol. du Freſne *in Gloſſar. Treuga Domini* ſive *Dei*. Mos einim fuit in Germania & Gallia olim peſtiferus, ut unuſquiſque injurias ſibi illatas armis ulciſceretur, unde diffidationes, in tantum ut etiam cauſæ Eccleſiarum & Monaſteriorum ſingulari duello commiſſæ fuerint, datis utriuſque campionibus ſive bellatoribus. Hinc **Kampfliche Sachen** / Ordinatio

)rdinatio des Kampfgerichts apud Limn. *in addit. d l. 5. c. 7. n.* 10. Peſſima hæc conſuetudo ſtatim xſtirpari non potuit, hinc certis limitibus fuit ıcluſa ab Imperatoribus vid. Aur. Bull. tit. 17. tque Reform. Frid. III. de An. 1442. §. zum erſten.

§. 2. Epiſcopi quoque in conciliis reprimere onati ſunt hanc conſuetudinem conſtitutis cer- is temporibus propter timorem Dei, quibus nemo indictam ab inimico ſumere poterat. Tempo- ı verò illa erant, dies Mercurii, Veneris, Sab- athi, item tempus Adventus & quadrageſimæ b honorem incarnationis & paſſionis Salvato- s. *c.* 1. *X. h. t.* vid. Wagnereck ad *cit. c.* 1. Vallenſ. *t. n.* 3. du Fresn. *in Gloſſ.*

§. 3. Treuga in genere conſiderata, eſt vel *nventionalis* inter partes ſolenni bello decer- ıntes, quæ Romanis induciarum nomine venit el *legalem* quæ iterum eſt aut *ſecularis* in curia)omini ſuperioris alteri litigantium data, aut *Ec- eſiaſtica* i. e. Treuga Domini de qua in §. *præc.* el *perpetua* vel temporalis, de hâc in §. *praced.* erpetuam habent Clerici & Monachi, nec non ıſtici cum animalibus propter agri culturam 2. *X. h. t.*

§. 4 Pax eſt finis belli. Et ſic aliqui vocant ıcem treugam perpetuam, quemadmodum treu- ım vocant pacem temporalem. Affinis eſt paci mneſtia, ſponſio, nomen concordatorum. In 1. *Extrav. comm.* inveniuntur menſes Papales Pontifice determinati, qui probantur in *c.* 3. *ncord. nat. Germ.* & Pac. Oſnab. *art.* 5. §. 5.

D Hodie

Hodiè per conſtitutionem de pace publica omnes diffidationes privatæ in Imperio ſublatæ ſunt. Erklärung des Landfriedens *de An.* 1521. 1522. 1548. 1555. 1557. 1559. 1560. 1570. &c. Peinliche Halsger. Ordn. *art.* 129.

TIT. XXXV.
De Pactis.

§. I. CONventio Definiente Ulpiano in *l.* 1. §. 2. *ff. de pact.* eſt duorum pluriumve in idem placitum conſenſus. Pactum verò eſt conventio carens nomine & cauſa. *l.* 7. §. 1. *& 2. ff. de pact.* De jure Canonico, eſt, inter partes ex pace conveniens ſcriptura. *C. pactum* 11. *de verb. ſign.* vel ſine ea Gloſſ. *in d. c. verb. ſcriptura* legibus ac moribus comprobata ſententia.

§. 2. Eſt pactum vel *nudum* quod in ſimplicibus conventionum finibus ſubſiſtit *l.* 27. *C. locati. l.* 15. *c. fam. Herciſc.* vel *veſtitum*, quod ultra ſimplices conventionum fines extrinſecus accepit poteſtatem efficaciter obligandi ità ut eò nomine etiam jure civili competat actio. *l.* 15. *ff. de praſcript. verb.* Accipit verò extrinſecus vim vel ex ſpeciali legis Aſſiſtentia, vel ex contractus cohærentia. Illud dicitur *pactum legitimum* cujus exempla ſunt, *in l.* 35. §. 4. *C. de donat. l.* 6. *C. de dot. prom. t. t. ff. & C. de Conſt. pecun.* &c. Hoc vocatur pactum adjectum, quod ſi in continenti adjiciatur, producit actionem *l.* 7. §. 5. *ff. &* l. 13. *C. de pact.* ſecus ſi ex intervallo *dd. LL. l.* 72. *ff. de Contrah. Emt.*

§. 3. Paciſci de rebus Eccleſiaſticis poſſunt ii, quibus

uibus eas ſine conſenſu Capituli vel ſuperioris ræiati alienare conceſſum *c. fin. in* 6. In genere e rebus quæ in commercio ſunt, ſive ſint præ- ntes, ſive ſint abſentes. Modò tamen ex earum onventione nec periculum animæ, nec turpitu- o, nec impoſſibilitas, nec Eccleſiæ damnumin- ratur, tum enim pacta haud valent.

§. 4. Infertur autem *periculum animæ* pacto v. r. ſi pacto beneficium pro pecunia reſignetur . 4. *h. t.* ſi fiat de ſuccedendo poſt mortem Præ- ti in ipſius Eccleſiâ *c.* 5. *eod.* *Turpitudo* infertur ùm quis promittit ſe crimen aliquod commiſſu- um, aut de crimine commiſſo non acturum *c.* 8. 5. *c.*12. *c.*17. *c.* 20. *c.*21. 22. *qu.* 4. *Impoſſibilitas* adeſt, ùm rei per pactum inductæ commercium per erum naturam haberi non poteſt. *C. fin. h. Ec- leſiæ damnum* infertur, cùm quid Eccleſiæ redi- bus detrahitur vel ei aliquod præjudicium fit. . 7. *eod. c.* 42. 16. *qu.* 1.

§. 5. Derogant pacta Apoſtolicis Privilegiis & idultis in favorem paciſcentium & renun- antium *c.* 3. *de Decim. Clem.* 2. *de ſepult.* Nocent acta tantùm paciſcentibus, non tertio *C.* 8. *de nſib. c.* 8. *c.* 5. *de tranſact.* in omni pacto & jura- iento cenſetur excepta ſuperioris authoritas. c. . *c.* 22. *de jurejur. c.* 19. *de Reſcript.* Pontifex ex auſa à promiſſione pacti abſolvere poteſt. *C. au- oritatem. c.* 3. *c.* 4. 15. *qu.* 6.

DIFF. JUR. UTR.

Civ. Pacta nuda actionem non producunt *l.* 7. §. 4. *ff. de pact. l.* 10. *C. eod. l.* 1. *C. de pact. Convent.*

J. Can. Ex pacto naſcitur actio. arg. c. 12. 22. *qu.* 5 *c.* 3. *X. de pact. c.* 1 2. *eod.* c. 8. 20 *qu.* 1. *c.* 30. 18. *qu.* 2.

J. Civ. Pactum, quô filia bonis paternis acceptâ dote vel legitima, renunciat, ut nullum poſtea regreſſum ad hæreditatem defuncti patris habeat, improbatur, licet juramento ſit munitum. *l.* 3. *C. de Collat. l. fin. ff de ſuis & legit. l.* 35. §. 1. *C. de inoff. teſt. l.* 7. §. 16. *ff. h. t.*

J. Can. Legitimè & liberè, h. e. non vi nec juſto metu nec dolo malo extortas renunciationes filiarum juratas omninò ſervat. *c. quamvis de pact. in* 6.

TIT XXXVI.
De Transactionibus

§. I. Tranſactio eſt rei dubiæ & litis incertæ, neque finitæ aliquo dato vel remiſſo conventa deciſio *l.* 38. *c. de Trans.* Eſtque vel univerſalis, generalis, ſpecialis; deinde vel jurata vel non-jurata, pœnalis vel non-pœnalis, judicialis vel extrajudicialis. Lauterb. *in Compend. jur. h. t.*

§. 2. Tranſigere de rebus Eccleſiaſticis poſſunt, qui paciſci, ſic Prælati cum conſenſu Capituli, ſuperioris c. 3. *c.* 5. *c.* 8. *h. t* Tranſigi de rebus ſpiritualibus & temporalibus, de quibus lis eſt, vel futura eſſe poteſt c. 7. *eod.* in ſpecie tamen quoad illas vix aliter permittitur, quam pro redimenda vexâ Deſſell. *h. t. q.* 2. Ut evitetur ſimonia. Quodſi de re ſpirituali aliquid remitteretur, vel ipſa res divideretur, veluti ſi de decimis eſſet Controverſia, ſimonia haud eſt. Engel, *h. t.*

h. t. n. 5. Adminiſtratores Eccleſiarum de rebus Eccleſiaſticis non aliter tranſigunt, quam debitis intervenientibus ſolennitatibus c. 3. 5. & 8. *h. t.*

§. 3. Effectus transactionis eſt, ut tollat inſtrumenta & jura partium c. 1. *hic* non minorem auctoritatem habeat quam res judicata. *l.* 20. *c. h. t.* nec reſcindatur imperiali reſcripto, aut prætextu inſtrumentorum poſtea repertorum *l.* 16. *l.* 19. *c. b. cit. c.* 1. *h.* Nec transactionis causâ datum repetitur tanquam indebitum, etiamſi nullam litis cauſam ſubfuiſſe dicatur *l.* 23 *c. h. l.* 65. §. 1. *de condict. indeb.* niſi evidens calumnia detegatur. *cl.* 65. §. 1. Si major à jurata transactione reſilierit, infamiâ notatur & agere non poteſt. *l.* 41. *c. h. t.*

TIT. XXXVII.

De Poſtulando.

§. I. **P**Oſtulare eſt deſiderium ſuum vel amici in jure apud eum, qui jurisdictioni præeſt, exponere vel alterius deſiderio contradicere. *l.* 1. *ff. h. t. c. infames* 2. 3. *qu.* 7. Poſtulant Advocati, qui & Patroni, Cauſidici, Oratores & Rhetores appellantur.

§. 2. Poſtulare poſſunt, qui non prohibentur aut edicto aut lege, aut ſententiâ judicis, aut canone. vid. Lauterb. *in Comp. jur. h. t.* In ſpecie *canone* prohibentur poſtulare Clerici & quidem coram judice laico; niſi pro utilitate Eccleſiæ, vel propriâ causâ, vel ſanguine ſibi conjunctorum, vel miſerabilium perſonarum causâ interveniant. c. 1. & *ult. h. t.* Coram judice Eccleſiaſtico poſtulare ſemper poſſunt. Deſſel. *h. q.* 3.

§.3. Clerici in ordinibus minoribus conſtituti, ſi non habeant beneficium Eccleſiaſticum, etiam coram judice laico victum ſibi ex poſtulatione quærere poſſunt. Modò abſtineant à cauſis criminalibus. *Deſſel. h. c. l.* Religioſi poſtulare probentur, niſi pro utilitate Eccleſiæ vel Monaſterii fiat, & quidem cum ſcientiâ Abbatis. c. *Monachus* 36. 16. *qu.* 1. *c.* 2. *X. h. t.*

TIT. XXXVIII.
De Procuratoribus.

§. I. PRocurator eſt, qui aliena negotia mandato Domini, Prælati, alteriusve Clerici Domini vicem gerentis, adminiſtrat. *L.* 1. *pr. ff. h. t.* c. 1. *& paſſim X. h. t.* c. 12. *X. de reſtit. ſpoliat.* Eſtque (1.) vel principalis vel ſubſtitutus (2.) vel judicialis vel extrajudicialis (3) vel verus vel quaſi (4) ſingularis vel univerſalis, qui iterum eſt vel ſimpliciter talis vel certo reſpectu (5.) vel cum liberâ vel ſine liberâ. vid. c 4 *de Procur. in* 6. (6.) vel in rem ſuam vel alienam, ex ſubtilitate juris civilis. Hîc nobis ſermo eſt de procuratore judiciali.

§. 2. Conſtituitur Procurator mandato, quod ritè c. 10. c. 12. *h. t.* c. 64. *de Appell.* & ſecundum ſtylum curiæ confici debet, niſi perſona ſit conjuncta, quæ præſumpto gaudet mandato, modò tamen cautionem de rato præſtet. Barboſ. *ad l.* 1. c. *h. t.*

3. Conſtituens debet eſſe Dominus, vel ad inſtar Domini, ut Epiſcopus. c. 9. *h.* Prælatus &c. Hinc tutor ſolus Procuratorem non conſti-

tuit.

uit, ſed actorem; Pupillus verò authoritate tu-
toris conſtituit procuratorem. *§. 6. J. de Curat. l. 11. C. h.*

§. 4. Conſtitui poteſt procurator, qui non prohibetur. Prohibetur verò hoc jure Excommunicatus *c. 7. de judic.* infamis ſi detur pro Perſonis Eccleſiaſticis, non ſi pro laicis. Panorm. *in c. 4. n. 9. de jur. Cal.* Monachi & Clerici. *c. un. de ind. c. 4. ne cler. vel Monach.* minor viginti quinque annis *c. 5. §. fin. h. in 6.*

§. 5. Conſtitui poſſunt unus & plures ſimpliciter, ubi non ſeorſim ſinguli, ſed omnes ſimul erere debent; Niſi in ſolidum ſint dati, tùm nim melior eſt conditio occupantis ſi lis per eum t conteſtata, niſi mandato aliud contineatur. *c. duo 6. h. in 6.* In cauſis tamen ſpiritualibus, ut *poſtulationum, electionum* &c. ex pluribus procuratoribus non in ſolidum datis judex magis idoneum eligere poteſt, *d. c. ſi duo.* propter celeritatem expeditionis.

§. 6. Procurator ad lites ſubſtituere alium non poteſt, niſi litem ſit conteſtatus, vel mandatum ſubſtituendi lateat, vel in rem ſuam ſit. *c. 3. h. t. in 6. c. 1. §. 1. eod. in 6.* Qui generaliter ad negotia, etiam ad lites datus cenſetur. Certos tamen actus ſine ſpeciali mandato expedire non poteſt, ut Juramentum deferre, tranſigere, paciſci. *c. 4. & ſeqq. eod. in 6.* Procurator in judicio ante revocationem & prodeſt & nocet domino. *c. 2. de conf. in 6.* Revocari verò poteſt ante litem conteſtatam ſemper non vero poſt, niſi volens pro-

rator; Modo juſta cauſa revocationem non ſuadeat. vid. *c. quamvis. 2. hic in 6.* Revocatio Judici vel adverſario inſinuari debet *c.* 13. *c.* 4. *h. t.* Revocatur quoque morte conſtituentis ante litem conteſtatam. *clem. ult. eod.* vid. R. J. *de anno* 1654. §. Damit auch zum vierten. & §. Als auch weiter zum fünfften.

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Infamis procurator non ſtatim repellitur *§. fin. J. de except.*

J. Can. Secus eſt. *c. infamis.* 3. *q.* 7. *c. Imperatorum* 4. *de jur. Calum.*

J. Civ. Mulier procuratoris officio in judicio fungi non poteſt. *l.* 2. *de R. J. l.* 18. *C. h. t.*

J. Can. Contrarium videtur obtinere in cauſa favorabili *c. cum dilecta* 4. *X. de Confirm. util. vel inutil.*

TIT. XXXIX.
De Syndico.

§. 1. Syndicus à συνδικεῖν eſt perſona publica, quæ poteſtatem habet omnes univerſitatis lites in judicio agendi & adminiſtrandi *l.* 1. *§.* 1. *l.* 6. *§.* 1. *ff. Quod cujusque univer.* Differt à procuratore in multis. Gerit enim Syndicus officium publicum, neceſſariò conſtituitur, morte conſtituentium non deſinit, quia univerſitas non moritur. Sicque Syndicatus non extenditur ad hæredes &c. Quod ſecus in Procuratoribus. Differt quoque à Curatore, Oeconomo, Defenſore civitatum &c.

§. 2.

§. 2. Conſtituitur Syndicus, in *univerſitate ordinata*, ab illis qui univerſitati præſunt. *l.* 3. *l.* 6. §.1. *ff. quod cujuſque* & tunc ſufficit ſigillum univerſitatis publicum abſque ulla ſubſcriptione. *Carpz.* 3. *R.* 9. In univerſitate *non ordinata*, ab omnibus univerſitatis membris vel ſaltem à majori parte. *l.* 19. *ad municip.* Et ſic vocandi ſunt omnes etiam pupilli, minores & viduæ atque tutoria & curatoria ſimul producenda Carpz. *p.* 1. *C.* 13. *d.* 8. duæ partes ad minimum præſentes eſſe debent. *l.* 3. *ff. quod cujuſque.* ſinguli ſubſcribere debent, etiam tutores. Carpz. *c. l. & P.* 3. *dec.* 205. In parvis univerſitatibus ſufficere nomen collectivum putat Hahn. *ad Weſ. ad tit. ff. quod cujuſque n.* 3.

§. 3. Qui Procurator eſſe poteſt, ille etiam Syndicus. Non tamen requiritur, ut eligatur ex membris ipſius univerſitatis. *l.* §. *ult. ff. quod cujuſque.* legitimat ſuam perſonam per *Syndicatum*, in quo poteſtas ejuſdem determinata. Monachus, licet interdum in quibusdam cauſis poſſit poſtulare cum licentia Prælati, non tamen poteſt Syndicus conſtitui in cauſa proprii monaſterii, ne per forenſes lites à ſervitiis Dei animum abstrahat, adeoque Prælatus alium & extraneum conſtituere debet. *c. un. X. h. t.*

TIT. XL.

De his quæ vi metusve causâ fiunt.

§. I. **V**Is eſt majoris rei impetus, qui repelli non poteſt. *l.* 2. *ff. h. t.* Metus eſt inſtantis vel futuri vel præſentis periculi cauſa mentis trepidatio. *l.* 1. *l.* 9. *ff. eod.* Vis eſt in agente, metus in patiente. Eſt metus vel *levis* & inanis, cujus nulla

excuſatio eſt, vel *juſtus*, qui pro ratione conditionis in conſtantem hominem cadit. *c.* 1. *c.* 2. *c.* 4. *c.* 6. *X. h. t. c. ſicut* 17. *de reg. jur. in* 6. *c. fin. X. de Appell. c.* 5. *X. h. t.* Et talis excuſat.

§. 2. Reſtitutio indulgetur propter vim & metum, modò metus ſit juſtus. *c. c. fin. X. de Appell.* Aliquid geſtum ſit inter vivos. Franzk. *ad ff. h. t. n.* 8. gerens inde damnum ſentiat. *l.* 12. *l.* 13. *ff. h. t.* vis à parte inferentis ſit injuſta, vel ſaltem contra bonos mores. *l.* 7. *in fin. l.* 8. *pr. ff. h. t.* &c.

§. 3. Quibusdam tamen caſibus, uti matrimonio, cauſis ſpiritualibus, voto, abſolutione à ſententia excommunicationis. Engell. *h. t. n.* 6. Caniſ. *ad c.* 1. *h. t. n.* 5. Lancell. *lib.* 4. *J. J.* C. *tit.* 13. §. 44. vi metuque geſtum eſt ipſo jure nullum. Juramentum vi metuque extortum eſt ſervandum, modò non vergat in jurantis diſpendium ſalutis æternæ. *c.* 3. *c.* 6. *X. h. t.* ibique Gonzal.

TIT. XLI.

De in integrum reſtitutione.

§. I. RESTITUTIO in integrum eſt in priſtinum ſtatum reductio. *l.* 25. *ff. de minor. l.* 1. *c. de ſent. paſſ.* Eſtque vel gratiæ vel juſtitiæ, *illa* fit ex indulgentia principis *l.* 1. §. 10. *ff. de poſtul. l. fin. c. de ſent. paſſ.* hæc fluit ex officio jurisdictionis. *l.* 4. *ff. h. t. c. l.* 1. §. 10. *ff. de poſtul.* hæcque iterum eſt vel *civilis* de quâ in *l.* 2. c. *de Reſc. Vend. l.* 31. *de Jurejur. l.* 33. *de re judicat.* vel *prætoria* ſe fundans in auxilio prætoris extraordinario de quâ *in ff. h. t.*

§. 2. Petitur reſtitutio à parte læſa vel, per modum

modum actionis Hillig *ad Donell. l. 21 c. 4. lit. r.* vel exceptionis. *l. 24. §. fin de minor. l. 7. §. 4. de jurejur.* vel ſeparato proceſſu, vel incidenter *c. 1. X. h. t.* Datur ſive ſententiâ judicis, vel alio judiciali actu, vel contractu aliquo læſis. *t. t. ff. de minor. t. t. ff. & c. quibus ex cauſ. major. c. 1. c. 8. X h. t. c. 1. eod. in 6* Minoribus viginti quinque annis *t. c. ſi adv. rem judic.* & eorum exemplo reipublicæ. *l. 4. c quib. ex cauſ. major l 3. c. de jur. reip. l. 11.* Et Eccleſiæ. *c. 1. & 2. X. h. t. c. auditis eod. c. quid ergo 23. qu. 4. c. jus publicum D. 1.* etiam contra aliam Eccleſiam. *d. c. auditis.* Item majoribus 25. annis ob juſtam cauſam uti, doli, metus, *t. tit. quod vi metusve.* abſentiæ *l. 1. & 2. c. quib. ex cauſ. maj. l. 28. ff. eod.* erroris &c. *l. 1. §. 1. ff. quod ſ. tutor. l. 2. ff. de reſtit. in integr.*

§. 3. Intra quadriennium continuum à tempore læſionis computandum peti debet. *c. 1. c. 2. hic in clement. un. eodem. l. ult. c de integ. reſt.* quodſi ipſo jure non valet, quod actum eſt, quadriennii præſcriptio non obſtat. *c. ult. in fin. h. in 6.* Eſt verò reſtitutio remedium extraordinarium. *l. 16. de minor.* Hinc non competit, ſi adeſt contra eandem perſonam remedium ordinarium. Niſi reſtitutio ſit utilior. *l. 13. in fin. ff. de minor.*

§. 4. Peragitur reſtitutio causâ cognitâ & præſente adverſario. *l. 3. ff. hic. l. 3. ff. ex quib. cauſ.* vel per contumaciam abſente. *c. 5. X. h. t.* Commiſſarii arbitri non reſtituunt *c. 9. X. hic.* obtempus læſus, ad illud temporis ſpatium reſtituitur, quô ſe læſum probat. *Clem. un. h. t.* Non ſolum

lum perſonæ læſæ, ſed etiam hæredes reſtituuntur. *l. 6. ff. h. t. lib. 18. §. ult. de minor.* imò ſingulares. *l. 24. pr. de minor.* cùm non tàm perſona quàm res reſtituatur Franzk. *ad ff. h. t. n. 39.*

. Conceſsâ reſtitutione cauſa ex integro agitur, & tàm is qui reſtituitur, quàm ille contra quem reſtituitur. *c. generalis diſt. 45.* jus ſuum integrum recipit. *l. 25. §. pen. ff. de min. l. un. c. de reput. quæ fiunt. l. 1. & 2. c. ſi adverſ. tranſact.* Pendente causâ reſtitutionis nihil eſt innovandum. *l. 11. c. de integ. reſt.* cum ſit ſpecies remedii ſuſpenſivi. Schilt. *Ex. 11. §. 11.* vid. *c. 6. X. h. t.*

TIT. XLII.

De alienatione judicii mutandi causâ factâ.

§. I. Fit alienatio judicii mutandi causâ, quando quis ob timorem futuri proceſſus ſuper re aliquâ, dominium rei illius inter vivos, dolo malo, citrà neceſſitatem judicii futuri mutandi cauſa in aliquem transfert ante litem conteſtatam, ità, ut re verâ ille adverſarius novus durior ſit, eo quod privilegiatum v. G. habeat forum vel aliam exceptionem E. G. competentiæ. *t. t. ff. h. t.*

§. 2. Hanc ob cauſam reſtitutio competit, quæ tamen eſt irregularis, cùm non ad reſcindendum negotium ſed ad merum intereſſe agatur. *l. 1. in fin. l. 3. §. 4. l. 4. §. 5. h.* & hinc datur *actio in factum*, competens læſo ad omne intereſſe ab alienante conſequendum. Datur hæc actio intra

annum

nnum *l. 6. ff. h.* eſt rei perſecutoria. *l.* 4. §. 6. *ff. h.* ion tamen datur in hæredem c. *l. l. 7. ff. eod.* Niſi quatenus ad eum pervenit. Clerici ſub cenſuris Eccleſiaſticis compeſcentur, c. 2. *X. h.* Hâc quoque in materia extenditur reſcriptum de perſona ad perſonam quod aliàs non admittitur. c. 1. *h. t.* Engel. *b. t. n.* 4.

DIFF. JUR. UTR.

Civ. Ceſſio, quam dono recipit Clericus à laico non præſumitur ſimulata, vel in fraudem facta, ſed probanda eſt fraus ab eo, qui illam allegat, *l.* 22. *l* 23. c. *mand.*

Can. Secus eſt. c. *ex parte* 2. *X. de alienat. judic. mutand. cauſ. fact.*

TIT. XLIII.

De Arbitris.

I. ARbiter eſt judex à privatis electus, in quem compromittitur, ut ejus ſententiæ ſtetur. 32. §. 2. *ff. de recept. c.* 4. *c.* 33. 2. *qu.* 6. ſuntque vel *gales* vel *electitii. l.* 16. *& fin C. de jud. C.* 39. *X. de fic. & poteſt. jud. deleg.* Electitii ſunt vel *Ordinarii* arbitri qui poteſtatem quidem habent judicandi, ſed non in hos qui ſe ipſi ſubjiciunt, niſi per compromiſſum, vel *ſimpliciter arbitri*; Differunt ab his *arbitratores*; Illi enim ad cotroverſias decidendas. *l.* 1. *ff. h.* hi ad alia negotia concilianda extra judicialia, ubi nulla lis eſt. *l. ult. C. de con. ab. E. V.* eliguntur.

§. 2. Compromittere poſſunt, qui non prohibentur & liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habent. Compromitti poteſt in omnes, qui,

qui ſpecialiter non prohibentur cujuſcunque ſint æſtimationis, & ſic parvi refert, an ſint integræ famæ, an ignominioſi. c 2.3.*qu*.7. Prohibentur verò ſervi. c.13.*qu*. 7. mulieres c.4. *X. h. t.* quæ jurisdictionem ſc. in ſubditos non habent. c. 7.2. *qu* 5.c.8. 12. *qu*. 2 manifeſtè excommunicati c. 24. *de ſent. & re jud.* c.12. *de except.* Monachi ſine ſuperioris licentiâ. arg. c.20 16 *qu*. 1. *ibique Gloſſ.* judex ordinarius ea de re de quâ cognoſcere cœpit c.2.3.*qu*.7 laicus (niſi cum Clerico c.9. *X. h*) de rebus ſpiritualibus c.8. *X. h. t.* c.7. *de præſcript.* c.26. *de decim.* niſi cum authoritate ſuperioris. c. 6. *diſt*.32. *ibique Gloſſ.* c.9. *X. h.*

§ 3. Compromitti poteſt, de omni re controverſa. c *fin. de tranſ.* Niſi ſit prohibita, ut compromiſſum ſuper beneficio. c 2 *de Arbitr. h.* c. 21. *de præb.* decimis. c.7. *de his quæ fi. à Præl ſi. conſ. cap.* electione. c 32. c.33. *de Elect.* matrimonio c. 9. § *fin de reſt. in integr.* ſtatu perſonæ *d.* c.9. crimine famoſo. Dd. *ad* c.23. *de jurej.* re Eccleſiaſtica in præjudicium Eccleſiæ c.5. *h. t.* &c.

§. 4 Poſſunt unus vel plures eligi in arbitros, potius tamen numero impari. c.1. *h. t.* propter naturalem hominum ad diſſentiendum proclivitatem *l.* 17. §. 6. *ff. h. t.* ubi tum ſtandum majori parti c. *fin. de re jud.* c.1 *X h. t.* ſi plures ſunt dati arbitri omnium requiritur præſentia, nec arbitrium valet licet reliqui uno abſente conſenſerint *l.* 17. §. *ult. ff. h. t. l.* 18. *eod.* c. 1. *h. in* 6. niſi in compromiſſo aliter ſit cautum, c 42 *de off. jud. deleg. l.* 32. §. 13. *ff. h. t.* aut niſi abſens legitimè requi-

equiſitus cauſæ cognitioni aut definitioni adeſſe
olit. c. 2. *h. t. in* 6. ſi compromiſſum in duos, &
liſſentiant, tertium *concorditer* eligere poſſunt. c.
9. *de off. jud. deleg* compromiſſo quoque certa per-
ona exprimi poteſt, non incerta. c. 12. *X. h. t*

§. 5. Per arbitrium homologatum lis finitur
5. c. *h. t.* parteſquecompelluntur *actione in factum*
uaſi ex re judicata *l pen.* c. *h. t.* Pendente vero
ompromiſſo judicis ordinarii cognitio etiam in
uſa principali & appellationis ſuſpenditur.
em. quamdiu 3. *de Appell.* Arbitri ſententia inte-
m ſive æqua ſive iniqua ſit ab utraque parte ap-
llatione remota ſervari debet c 2 *X. h. t.* c. 36.
qu. 6. niſi contineat peccatum *d* c. 2. ut ſimo-
am c. 4. *de pact.* c. 9. & 10. *de tranſ.* aut illicitum
æceptum c. 23. *de jurej.* c. 3. *X. h.* aut ſi contra
rmam juris aut compromiſſi ſententia ſit dicta.
7. *de conſ. ut. vel inut.* c. 7. *h. t* c. 52. *de elect.* aut
ntra priorem rem judicatam c. 11. *X. h. t.*

§. 6. Solvitur compromiſſum, morte arbitro-
n etiam unius. c. *ex parte* 13. *h. t.* morte litigan-
m aut alterius c. *fin. eod.* lapſu temporis com-
omiſſo inſerti. *l.* 25. § 5. *l.* 50. *ff. h. t.* Pronuncia-
laudo. *l* 19. §. 1. *ff. eod.* ceſſione bonorum *l.* 17.
hic &c.

DIFFER. JUR. UTR.

Civ. Si ſunt plures arbitri ſimpliciter accepti,
non poſſunt præſentes vel uno tantùm abſente
arbitrari *l. item ſi* 17. §. *fin.* c. *l. ſeq. ff. h. t.* Niſi
litigantes aliud voluerint.

Can. Contrarium ſtatutum. c. *fin. de arbitr. in* 6.

FINIS LIBRI I.

LIBER II. DECRETAL.

TIT. I.

De Judiciis.

§. I.

JUdicium eſt vox ambigua. Aliquando denotat locum ubi jus dicitur, aliquando ipſas actiones. Hîc deſignat complexum omnium actuum forenſium pendentium à dijudicatione cauſarum. Et ſic eſt judicium hoc loco: Actus forenſis, quo coram Judice competente cauſæ controverſæ diſceptatio inter actorem & reum legitimè peragitur arg. c. *forus* 10 *de verb. ſign.*

§. 2. Eſt judicium vel *Eccleſiaſticum* vel *Seculare*. *Illud* eſt quod inter perſonas Eccleſiaſticas (ſaltem quoad reum) vel dè cauſa Eccleſiaſtica coram Judice Eccleſiaſtico inſtituitur, c. 2. *X. h. t.* c. 16. *de offic. jud. del.* c *fin. de foro compet.* *Hoc* eſt, quod coram judice laico inter perſonas ſeculares, de cauſa ſeculari exercetur *d.* c 2.

§ 3 Deinde eſt vel *ordinarium* vel *ſummarium*. Illud eſt, in quo pleno & ſolenni proceſſu cauſa ventilatur, & in dubio præſumitur. Mev. 1. *D.* 171. Hoc eſt, in quo de ſimplici & plano ſine figura judicii ſolennis proceditur. c 16. c. 17. *X. de Accuſ.* Diſtinguitur quoque judicium in *civile*, quod commodum privatum, & *criminale*, quod intereſſe publicum reſpicit, &c.

§. 4.

, 4. Conſtituunt judicium tres perſonæ prin-
les; *Actor* intentionem ſuam proponit, pro-
Reus exceptiones opponendo, ſe defendit.
x ſententiâ ſuâ litem dirimit. *Clem. ſæpe de V.*
erſonæ minus principales ſunt *Advocatus*, *pro-
tor*, *teſtis*, *Conſiliarii*, *Aſſeſſores*, *Secretarii*, &c.

DIFFER. JUR. UTR.

iv. Judex ordinarius non poteſt removeri
inquam ſuſpectus, ſed, ſi quæ ſubſit ſuſpicionis
auſa, adjunctus ei dandus. *Nov.* 86. *& Auth.
verò c. de judic.*

an. Etiam ordinarius ſine hæſitatione recu-
ri poteſt. *c. ſi quis* 4. *c. licet* 10. *de for. Compet. c.
). de offic. jud. deleg.*

iv. Arbitri electi, de ipſo negotio principali,
i allegationem recuſationis legitimam vide-
int, cognoſcunt. *l.* 16. *& fin. c. de judic.*

an. Non de controverſia principali, ſed cau-
ſuſpicionis decernunt *c.* 11. *de offic. jud. deleg.*
6. quâ probatâ, tranſmittitur negotium ad
iperiorem, non probatâ, utitur judex juris-
ictione ſuâ in principali *c.* 61. x. *de Appell.*

iv. In libello recuſatorio ſufficit ſimpliciter
in genere ſuſpicionem allegare, & ad liti-
andum coram arbitris, & ad jurandum de
alumnia ſeſe offerre. *d. l.* 16. *& fin. c. de jud.*

an. Generalis illa allegatio non ſufficit, ſed
x juſta & rationabili cauſa debet proficiſci,
uæ in libello proponenda & coram arbitris
iſcutienda. *c.* 41. *& c.* 61. x. *de Appell.*

J Civ. Judex appellationis non poteſt delegare vel committere cauſam alteri, reſervatâ ſibi ſententiâ *Auth Hac. C de jud.*

J. Can. Contrarium ſtatutum. *c. 27. §. intentionis. x de off. jud. del.*

J. Civ. Judex per ſordes, vel gratiâ, odio, dolove malo inique judicans, cum damno litis æſtimationem & expenſarum refuſionem præſtare tenetur, puniturque in triplum ejus, quod accepit, & in duplum, quod promiſſum eſt, ſed nondum traditum. *Auth. novo jure. & l. ſeq. C. de pœn. jud. qui mal. jud. l. 15. § 1. ff. de judic.*

J. Can. Talis judex per annum tantùm ab officio removetur, & in æſtimationem litis parti læſæ condemnatur. *c 1. de ſentent. & re judic. in 6.*

J. Civ. In perſonalibus judicium incipit demum à litis conteſtatione, in realibus verò à citatione & propoſita petitione. Dd. *in Auth. litigioſa C. de litig.*

J. Can. Indifferenter à citatione ſtatim judicium initium ſumit. *c. 20. de off. jud. deleg. Clem. 2. ne lit. pend. nihil inn.*

J. Civ. Omnes cauſæ criminales intra biennium finiri debent. *l. fin. C. ut int. cert. temp. crim. qu. term.* Inſtantiæ verò cauſarum civilium exſpirant meta triennii. *l. properandum. ibique Dd. C. de judic.*

J. Can. Nunquam perit inſtantia *c. venerabilis pen. x. de judic.*

TIT.

TIT. II.

De Foro competenti.

REus vocari debet ad judicem ſuum competentem. Hinc *citatio*, quæ eſt actus
ialis, quo reus ad petitionem adverſarii in
ium vocatur. Eſtque vel *juris*, *Clem.* 2. *de*
quando lex vel canon certum terminum ju-
adeſſe ſtatuit, ut *in c.* 1. & 6. *de election. in* 6.
mvis de off. ord. c. 1. *de appell. in* 6. *vel Hominis*,
mandato judicis reus in judicium vocatur.
c. 6. *de dol. & cont. c.* 15. *de accuſat.* utraque eſt
neralis vel *ſpecialis*. Deinde citatio eſt vel
lis vel *realis*, *publica* vel *privata*. Publica
anè ſubſidiaria. *c.* 3. *de dol. & cont. clem.* 1. *de*
Dividitur quoque in *immediatam* & *media-*
ve ſubſidiariam, in *dilatoriam* ſeu ſimpli-
& *peremtoriam*, in *arctatoriam* & *monitoriam*.

2. Requiritur ad citationem ut (1) decerna-
judice competente (2) citatio legitimè con-
ur, exprimendo nomen judicis citantis, no-
citandi, nomen & cognomen impetrantis,
n citationis, hinc libellus citationi adjungi-
id. *Rec. Imp. de An.* 1654. §. 34. locum judicii
1 & honeſtum, diem & terminum compa-
. *c.* 2. *de reſcript. in* 6. *c. fin. X. eod. c.* 6. *de dol.*
c. 11. *de reſcript. in* 6. *c. pen. de off. vic. c. paſto-*
e ſeut. & re jud. c. accepimus 6. *de fid. inſtrum.*
gitimè inſinuetur, omnibus quorum inter-
larant. *de cit. n.* 2. 3. 4. non facilè de nocte,
territorium citantis, per nuncium juratum.

Citatio aliàs eſt illegitima, convalidatur tamen per comparitionem ſpontaneam. Gail. 1. *O.* 58. *Clem. cauſam.* §. *fin. de elect.*

§. 3. Legitimè citatus comparere tenetur, & cauſam ſuam defendere. *c.* 19. *X. h. t.* non tenetur, ſi illegitimè, *c. fin. de fer.* Aliquando etiam legitimè vocatus comparere non tenetur, ut ſi ſpoliatus nec reſtitutus *c.* 1. *c.* 6. *qu.* 2. Facto adverſarii impeditus, ad majus tribunal vocatus, infirmitate vel alio legitimo impedimento detentus. *c. quoniam* 5. *ut lite non conteſt.* de citato ad curiam Romanam vid. *Clem. multorum.* 2. *de pœn.* Operatur citatio litis pendentiam, præventionem *c.* 19. *X. h. t.* perpetuat juriſdictionem c. *gratum.* 30. *c.* 19. *de off. deleg.* interrumpit præſcriptionem. *l.* 2. *C. de ann. præſcript.* conſtituit debitorem in mora. Fab. *in C. l.* 4. *t.* 24. *Def.* 35.

§. 4. Citari debet reus igitur ad forum ſuum competens, i. e. ad illud tribunal, ſub cujus eſt juriſdictione, quia actor ſequitur forum rei *c.* 8. *c.* 5. *h. t. c.* 15. 11 *qu.* 1. Eſt autem forum competens rei, vel ratione Domicilii, vel contractus, vel rei ſitæ, vel privilegii, vel continentiæ cauſæ, vel delicti.

§. 5. *Forum Domicilii* æſtimatur ex eo, ubi quis (1) habitat (2) eâ mente, ut perpetuò ibi conſiſtere velit. *l.* 50. *ff. de judic. l.* 190. *l.* 203. *de V. S. l.* 7. *c. de incol.* Hoc forum concurrit cum reliquis ſpecialibus, ſuppoſitis terminis habilibus; Caſus geſtæ adminiſtrationis ventilatur in loco, ubi adminiſtratio geſta. *l.* 2. *c. ubi de ratioc.* *Forum contractus* eſt, ubi quis contraxit. *c.* 1. *h. in* 6. contraxiſſe autem

quis videtur,(1)ubi ſolutio facienda *l.* 21. *de O.*
. (2) in quo ad plenam perfectionem contra-
pervenit. *l.* 17. *C. de fid. inſtrum.* ut tamen ibi
etiam deprehendatur & aliquandiu ſubſiſtat.
zk. *ad ff. tit. de jud. n.* 38. *Forum rei ſita* ubi in
agitur, locum habet. c. *fin. h. t. c.* 6. 13. *qu.* 2.
bus tranſeuntibus hoc forum ceſſat, quam-
er arreſtum detineri poſſint.

. 6. *Forum privilegiatum* eſt vel ratione *cauſa-*
vel *perſonarum. Illo caſu* privilegiato foro gau-
cauſæ Eccleſiaſticæ, ſi agatur de ipſo jure, ſe-
i tantùm de poſſeſſione. *c.* 2. *c.* 21. *X. de judic.*
dales, fiſcales, ſalinariæ, metallariæ &c, Ad
caſum pertinent miſerabiles perſonæ, quæ
m & agentes & conventæ ad principem pro-
are poſſunt. *t. un. c. quando Imp. int. pup.* Mili-
qui judicem agnoſcunt Magiſtratum milita-
l. 6. *c. de jurisd. omn. jud.* Cives Academici,
conveniuntur coram magiſtratu Academico.
h. Habita., ne fil C. pro patre. Clerici coram ju-
Eccleſiaſtico conveniri debent *c.* 10. *de jud. c.*
12. *c.* 13. *h. t.* nec ei poſſunt renunciare. *d. c.* 12
n. h. t. Niſi Clericus ratione rei ſitæ convenia-
ſuper poſſeſſorio vel quaſi agatur, de feudo
uæſtio, Clericus laico ſuccedat in lite &c.
bus caſibus forum ſeculare patet.

. 7. *Forum continentiæ cauſæ* toties locum ha-
quoties cauſa connexa non eſt dividenda. c.
de reſt. in integr. c. 3. *&* 4. *de donat. int. vir &*
r. oriturque vel ex identitate cauſarum, vel
conjunctione cauſarum. *Forum delicti* ſortitur,

quis, ubi delictum vel eſt inchoatum, vel conſummatum. *l.* 1. c. *ubi de crim.* Moribus quoque eſt introductum *forum apprehenſionis*, ubi ſcil. delinquens deprehenditur.

DIFF. JUR. UTR.

J. *Civ.* Filius fam. ſine permiſſu & conſenſu patris non habet in judicio legitimam ſtandi perſonam. *l. fin. in pr.* C. *de bon. quæ lib.* exceptis paucis caſibus, quibus ei dantur utiles actiones. *l. ſi longius* 18. *ff. de judic.*

J. *Can.* In cauſis beneficialibus & ſpiritualibus abſque conſenſu patris in judicio verſari poteſt, modò ætatis decimum quartum annum exegerit. *c.* 10. *X. de procur. c. fin. de jud. in* 6.

J. *Civ.* Miſerabiles perſonæ poſſunt alios apud principem convenire. *l.* 1. C. *qu. Imper. iut. pup. & vid.*

J. *Can.* Si judices civiles fuerint negligentes, defenſio perſonarum miſerabilum ſpectat ad Eccleſiam. *c. ex tenore X. de for. comp.*

J. *Civ.* Forum poteſt conſenſu litigantium competens fieri prorogatione de perſona ad perſonam. *l.* 1. 2. *ff. de jud. l.* 145. *ff. de jurisd.*

J. *Can.* Excepti ſunt Clerici, quibus non eſt permiſſum privilegio fori Eccleſiaſtici renunciare. *c. ſignificaſti* 18. *X. h. t. c. non liceat.* 14. 3. *qu.* 6. *c.* 1. 9. *qu.* 2.

J. *Civ.* Cauſa incidens coram eodem judice poteſt cognoſci, tametſi alioquin ad ipſius jurisdictionem non ſpectaret. *l.* 23. *c. de ordin. l.* 3. *c. de judic.* Ne ſc. cauſæ continentia dividatur.

J. *Can.* Judex ſecularis non poteſt cognoſcere de

cauſa

cauſa ſpirituali ſeu Eccleſiaſtica, ne quidem incidenter, ſed cogitur illam transmittere ad judicem Eccleſiaſticum ſuſpenſo interim judicio civili. *c. tuam* 3. *X. de ord. cogn. c. ſi. judex* 12. *de ſent. excomm. in* 6. *c.* 7. X. *qui fil. ſunt legit.*

TIT. III.
De Libelli oblatione.

§. I. Libellus eſt legitima actoris petitio, intentionem & futuræ litis ſpeciem continens. *l.* 3. *c. de edendo.* Eſtque vel *ſcriptus* in proceſſu ordinario, vid. *c.* 1 X. *h. t.* vel *oralis* in cauſis ſummariis & modicis. *Clem. ſæpe de V. S. N.* 17. *c.*3. In genere quoque libellus dividitur in *conventionalem* ſeu *poſtulatorium*, qui in civilibus negotiis. *c.* 1. *& fin. h. t.* vel *accuſatorium* ſive quærimonialem, qui in criminalibus obtinet. *c.* 5. §. *libellorum* 2. *qu.* 8. *c.* 9. 2. *qu.* 1. Hîc agimus de conventionali.

§. 2. Libellus debet eſſe *ſimplex*, non articulatus. *Rec. Imp. de A.* 1654. §. 34. *Brevis & congruus.* c. 15. *X. de judic. c.* 8. *X. de except. Clarus & perſpicuus.* arg. *auth. offeratur c. de lit. cont. Aptus.* Gail. 1, *O.* 6. *n.* 4. *Certus.* Huber. *ad ff. tit. de edend.* §. 8. ſecundum *ſtylum curiæ* conceptus. Carpz. *p.* 1. *c.* 1. *d.* *n.* 1. Exprimi debet igitur (1) nomen judicis partium litigantium (2) Cauſa agendi, in realibus actionibus, proxima, in perſonalibus, remota ſeu ſpecialis. *c. fin. X. h. t.* &c. Conf. Dn. Böhmer. *introd. ff. de edend.*

§. 3. Libello nullo exiſtente, proceſſus nullus redditur. *c* 15. *de judic. c.* 1. *hic.* Si ritè conceptus & oblatus, ac is reſpondeat, vel partem negaverit,

verit, partem autem defendendo confiteatur; lis cenſetur conteſtata. c. *un. de tit. cont. c. dudum.* 54. *de elect. c.* 4. *de dol. & cont.* Et *rei* & *judicis* gratiâ offertur libellus; *Illius* ut deliberare poſſit, cedere an contendere malit. *c. fin. X. de judic. c.* 5. *de cenſib. Hujus*, ut ſciat qualem formare debeat ſententiam. *c.* 24. *de accuſ. c.* 15. *de judic. Clem. ſæpe de V. S.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Regulariter non eſt cogendus reus edere actori, quæ contra ſe faciunt; crudele enim eſſet, ad ſe ipſum jugulandum arma ſubminiſtrare cogi. *l.* 4. c. *de edend. l.* 7. c. *de teſt.* Exceptis cauſis dotis & ſimilibus. vid *l.* 1. *ff. h. t. l.* 2. 7. c. *eod.*

J. Can. In odium fœneratorum, introductum, ut uſurarii & fœneratores cogantur libros rationum adverſario ſuo contra ſe ipſos edere. *Clem. un. de uſur.*

J. Civ. Nomen actionis exprimi debet *l. edita* 3. c. *de Edend. l. fin.* c. *de interd.*

J. Can. Sufficit, purè & ſimpliciter factum ipſum & rei veritas narretur, ut actio aliqua ex facti narratione elici poſſit. *c. dilecti.* 6. *X. de judic.* Gail. 1. *O.* 61. *in pr.*

TIT. IV.

De mutuis petitionibus.

§. I. MUtuæ petitiones denotant, reconventionem. Eſt verò *reconventio*, mutua petitio, à reo contra actorem in eodem judicio inſtituta. Eſtque vel *propria* quæ ſtatim ante litem conteſtatam, vel immediate poſt L. C. viſo acto-

ris

libello. Dd. ad *c. prudentiam 2. X. h. t.* Marant. *d. 6. n.* 4. inſtituitur, ut pari paſſu cum contione procedat; vel *impropria*, quæ longè t L. C. durante tamen judicio conventionis :ituitur. *Illa* habet duplicem effectum, ſcil. ultanei proceſſus & prorogatæ jurisdictionis. unico ſc. prorogatæ jurisdictionis effectu tann gaudet.

ſ. 2. Reconvenire quilibet poteſt adverſam ſuum, cujus enim in agendo quis obſervat itrium, eundem habere contra ſe judicem in lem negotio dedignari non debet. *c.* 1. *cauſ.* 3. 8. *c.* 1. *&* 2. *X. h. t. l* 14. *C. de ſent. & interl.* coram ice conventionis, ſive ſit Ordinarius, ſive egatus *c.* 3. *de Reſcript. in* 6. non arbitro *c.* 6. *de bitr.* benè tamen judice appellationis, tali ſc. cognoſcit & pronunciat de cauſa ipſa, in aplationis inſtantia propoſita *c.* 1. *de elect. in* 6. *c.* 13. 8. Modo judex conventionis, de cauſa renventionis cognoſcere poſſit, ſic v. gr. judex ularis de cauſa ſpirituali cognoſcere nequit. 2. *de judic. c.* 25. *de decim. c.* 21. *de jur. patr. c.* 15. *de ceſ. prælat.*

ſ. 3. In omnibus cauſis, ſive in rem, ſive in rſonam agatur, locum habet reconventio, niſi ohibitio legalis adſit. *Clem. ſæpe de V. S. c.* 1. *&* 2. *t.* Uti in cauſis criminalibus *c.* 1. 3. *qu.* 11. præjucialibus. *c.* 1. *de Ord. cogn.* depoſiti *c. bona fides* 2. *depoſ.* executivis Socin. in *c.* 1. *art.* 5. *n.* 57. *h. t.* nplici judicis imploratione Socin. *d. l. n.* 92. momentanea poſſeſſione *Gloſ. in c. fin. de ord. cogn.* Dd. *l. c.* 6. *de arbitr.*

ſ. 4.

§. 4. Si tàm de cauſâ con-quam reconventionis conſtat, uno curſu ad metam litis proceditur & utraque actio uno proceſſu terminanda, & ſic una eſt ferenda ſentia. Dd. *in c. ex literis* 1. *X. h. t.* Gloſs. *in Clem. ſæpe de V. S.* Si non conſtat de utraque cauſa, in negotio liquido judex procedere, in illiquido adhuc ſilere poteſt. Dd. *in c. cùm dilectus* 2. *de ord. cogn.* Spec. *tit de reconv.* §. *videndum n.* 5. Prohibita appellatione in conventione, prohibita etiam in reconventione cenſetur. *c. f. h. t. d. c. cum dilectus* 2. *de ord. cognit.*

TIT. V.

De Litis conteſtatione.

§. 1. Litis conteſtatio eſt negotii principalis facta narratio & ad eam data à reo reſponſio animo litem conteſtandi. Dn. Böhm. *ad ff. tit. de jud. n.* 4. Eſtque vel *affirmativa* vel *negativa*, *ibi* intentionem quidem confitetur reus, ſed per oppoſitam exceptionem rurſus elidit, *hic* directò negatur intentio actoris. Hahn. *ad W. e. l. n.* 7.

§. 2 Litis Conteſtatio eſt fundamentum judicii, quia ſi à partibus fuerit omiſſa, nec teſtes recipi, nec ad ſententiam definitivam deveniri poteſt, adeóque judicii proceſſus corruit. *tot. tit. ut lit. non conteſt. c. dudum Eccleſia* 54. *de elect.* Nuda facti narratio & reſponſio in negando non conſiſtens non inducit lites conteſtationem *c.* 2. *h. t. in* 6. *Dd. comm.* In omni proceſſu litis Conteſtatio eſt neceſſaria. Umm. *diſp.* 12. *n.* 13. *c fin. de off. jud.*

In proceſſu executivo, agnitio vel jurata diſ-
io loco L. C. eſt. Coler. *de proc. Execut. p. 3. c.*
97. uti in criminalibus reſponſio ad articulos.
§. 3. Effectus Litisconteſtationis eſt varius. 1.
ione judicis: quod in præjudium unius litigan-
nihil innovari queat. *tot. tit. C. ut lit. pend. nih.*
ov. quod jurisdictionem ipſi delegatam perpe-
:t. *c.* 19. *de offic. jud. deleg.* 2. *Ratione actoris*, quod
iones temporales perpetuet. *l. ult.* c. *de præſcr.*
ann. præſcriptionem intrrrumpat. *c.* 9. 16. *qu.* 3.
n litigioſam faciat *l.* 2. c. *de reb. litig.* impediat
ıtationem libelli. Gail. 1. *O.* 74. *n.* 4. 3. *Ratione*
quod inducat fictam malam fidem. *l.* 25. §. 7.
le petit. hered. reum in mora conſtituat *l.* 22. *ff.*
eb. cred. excludat exceptiones dilatorias *l. pen.*
ult. c. *de except. &c.*

DIFFER. JUR. UTR.

Civ. Litis Conteſtatio ita eſt neceſſaria, ut haud. poſſit ſine ea ad definitivam procedi. *c. un. C. de L. C.*

Can. In cauſis matrimonialibus, electionis & ſimilibus ſpiritualibus lite non conteſtatâ rectè pronunciatur, ſi videlicet agatur de matrimonio contracto vel contrahendo, & reus per contumaciam abſit. *c. fin.* §. *porrò X. ut lit. non cont. non proced. ad leſt. tec.* ſecus autem ſi de matrimonio ſeparando *d. c.* vel utraque parte præſente tractetur, tunc enim abſque litis conteſtatione procedi non poteſt. *ſpecul. de teſt.* §. *nunc tractemus.* Conſ. *Umm. diſp.* 12. *n.* 11.

TIT.

TIT. VI.

Ut Lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitivam.

§. I. Litis conteſtatio eſt fundamentum judicii, quâ omiſsâ, reliqui actus nulli ſunt; Hinc lite non conteſtatâ, neque teſtes recipi poſſunt; nec ferri poteſt ſententia definitiva, quia ante litem conteſtatam nulla lis eſt, actorque neſcit, quid reus negaturus ſit, & ſic controverſiæ ſtatus deeſt. Gonz. *ad c. ult.* x. *h. t. n.*4.

§. 2. Limitationes adſunt (1) niſi agatur de valore electionis aut proviſionis (2) agatur de valore matrimonii carnalis, reuſque contumax ſit. *c.* 5. x. *h. t.* ſi verò agitur ad ſeparationem thori ob adulterium, aut ad nullitatem matrimonii ob vinculum affinitatis, ordo judiciarius plenarius obſervari debet. *c.* 2. *X. h. t.* Wagn. *ad c.* 1. *X h. t.* (3) ſi inquiſitio criminum fiat. *d. c.* 5. *hic.* (4) cùm actor propter interpoſitum juramentum agere nequit. *c.* 20. *X. de jurej.* (5) cùm cauſa eſt merè ſpiritualis, & ſine alterius incommodo, ut eſt hereſis crimen. *c.* 6. 24. *qu.* 2. *c. ab infirmis* 26. *qu.* 7. (6) cùm publicum commodum offenditur. *c.* 9. 3. *qu.* 2. (7) ſi de ſtatu Eccleſiæ agitur *c.* 34. *de teſt. & atteſt.* (8) in dilapidatione arg. *c. quia ea* 3. *qu.* 2. (9) ubi aliquid incidenter officio judicis petitur, ut in expenſis lite pendente factis *c.* 2. *de offic. judic.* &c. Conf. Speculator. *tit. de teſte* §. *nunc tractemus.*

§. 3.

ſ. 3. Hinc dependet quoque *probatio* ſive *exa-*
: teſtium ad perpetuam rei memoriam, ubi *ratio-*
ictoris requiritur. (1) ut lis nondum poſſit mo-
i vel ob impedimentum juris vel facti (2) ut
:a adſit cauſa petendi,ſenium ſcil. teſtium, mor-
:, diuturna abſentia. *c. 5. in pr. h. t.* (3) ut actor
ra annum adverſarium conveniat, vel ſaltem
eptionem teſtium ipſi denunciet, ut veniat
videat jurare teſtes *d. c. 5. Ratione Rei* hæc requi-
ceſſant, quia non in ejus arbitrio eſt, quan-
velit conveniri, & ſic indiſtinctè hoc exa-
n ante L. C. impetrare poteſt. *c. 41. ac 43. de te-*
us.

ſ. 4. Examinis hujus objectum eſt cauſa ci-
is, vix criminalis *d. c. 5. pr. X. h. t.* vid. tn. Gloſs.
. 8. *de dol. & cont.* niſi agatur de innocentia rei
obanda, vel ex crimine civilis actio inſtitua-
. In cauſa civili ſi periculum eſt in morâ, al-
â parte abſente, peragi examen poteſt; ſi ve-
periculum non eſt in morâ, ad videndum ju-
e teſtes & dandum interrogatoria, citari de-
t. Socin. *in c. quoniam 5. Hoſt. in c. 41. de teſtib.*
eri tamen debet hæc teſtium productio coram
uſæ principalis competente judice; Panormit.
d. c. 41. Publicatio hujus teſtimonii eſt differen-
poſt L. C. ne alteri via præcludatur alios te-
:s producendi. *cit. cap. 5.*

TIT. VII.
De Juramento Calumniæ.

I. JUramentum calumniæ eſt Jus jurandum,
à litigantibus ſuper cauſa bonâ fide ſuſce-

pta,

pta, & deinceps proſequenda præſtandum. Eſt introductum, præter alia remedia, de quibus Gonzal. *ad c. ſ. h. t.* ad coërcendam litigantium malitiam. Duplex verò eſt, calumniæ *generale & ſpeciale ſive malitiæ*; *Illud* continetur his tritis verſiculis: Illud juretur: *quod lis ſibi juſta videtur, & ſi quæretur, verum non inficietur, nil promittatur nec falſa probatio detur; Ut his tardetur, dilatio nulla petatur.* *c.* 11. *de Reſcr. in* 6. *Auth. Principalis Auth. in iſto* c. *de jur. cal. Speciale juramentum calumniæ ſive malitiæ*, quod originem traxit ex jure civili, ſed nomen à jure Canonico. *c* 2. *§. fin de juram. calumn. in* 6. in qualibet judicii parte ſuper certo cauſæ artciulo præſtatur. *d. c.*

§. 2. Præſtatur tàm ab actore. quàm reo. *l.* 2. *pr.* C. *hic* jurant Prælati propoſitis Evangeliis, alii omnes tactis *c. ult. pr. h.* Per procuratorem quoque præſtari poteſt, modo procurator ad hunc actum ſpeciale habeat mandatum *c. ult. h. t.* & in animam Domini & ſuam juret. *c.* 2. *pr. de teſtib. in* 6. Joh. Andr. *ad c.* 3. *h. t.* Syndici & Oeconomi in proprias animas non ſingulorum, qui de Eccleſia aut univerſitate ſunt, jurant. c. 3. *&* 4 *h. t.*

§. 3. Imponitur à judice vel ex officio vel ad petitionem partis *c.* 1. *&* 2. *X. h.* vel ex legis diſpoſitione juramentum malitiæ, veluti ei qui detulit alteri juramentum judiciale, per *l.* 34. §. 4. *ff. de jurejur.* generale juram. cal. tamen tacitè remitti poteſt. c. 1. §. 1. *h. t. in* 6. Quodſi actor impoſitum juram. calumn. generale ſine juſta cauſa recuſet, ab

ab inſtituta actione tanquam improbus litigator, cadit, & reo à judice abſoluto expenſas refundere tenetur. *l.* 2. c. *h. t. & Auth. Principalis.* §. 5. & 6. *eod.* ſi verò reus recuſet, tanquam confeſſus & convictus condemnatur. *d. Auth. Principalis* §. 7. ſi quis juramentum malitiæ præſtare recuſet, pro confeſſo, quoad illum articulum habetur, nec illius petitum, cujus ratione jurare juſſus eſt, attenditur. Gail. 1. *O.* 87. & quando ille qui juramentum Judiciale detulit adverſario, de malitia jurare recuſat, Juramentum principale pro præſtito habetur. per *l.* 37. *ff. de jurejur.*

DIFF. JUR. UTR.

J. Civ. Juramentum calumniæ tacitè ſive per diſſimulationem remitti non poteſt multò minus expreſſe. *l.* 2. §. 4 c. *de jurej. propt. cal.*

J. Can. Ex hujus omiſſione proceſſus non irritatur. c. 1. *de juram. calumn. in* 6.

J. Civ. Abbas in cauſa monaſterii in ſuam jurat animam, ut quilibet alius, qui legitimam habet in judicio ſtandi perſonam. *l.* 2. c. *d. t. Auth. cauſa C. de Epiſc. & Cler.*

J. *Can.* Non in ſuam, ſed majoris partis capituli jurat animam. c. *dudum. de elect.*

J. *Civ.* Principales litigatores Actor & Reus, licet per procuratores agant, Juramentum calumniæ præſtant. *l.* 2 & *Auth. Principales, C. de jurejur. propt. cal dand.*

J. *Can.* Secus eſt, vid. *ſuprà* § 2.

TIT.

TIT. VIII.
De Dilationibus.

§. I. **D**Ilatio in genere eſt ſpatium quoddam temporis, ad actum aliquem judicialem peragendum conceſſum. *t. t. hic.* Et ſic differt *à prorogatione*, quæ eſt aſſignati termini ſed nondum elapſi ulterior extenſio. Hahn. ad Weſ. *tit. de fer. & dilat.* Elapso verò termino non prorogatio ſed nova dilatio eſt, quamvis impedimentum continuum ipſo jure proroget dilationem. Mev. 8. *Dec.* 203.

§. 2. Dilatio eſt vel *extrajudicialis*, quæ non hujus loci, vel *judicialis*, quæ iterum vel *legalis* vel *conventionalis* vel *arbitria*. Legalis ipſa lege & ſic certo jure eſt conſtituta. Conventionalis à conventione partium dependet. Arbitraria à judice determinatur. Judex Dilationem arctare non poteſt, bene tamen prorogare. Klock. 3. *Conſ.* 127. *n.* 13. Berl. 1. *Dec.* 118. Exceptis illis, quæ ad appellationem interponendam. *Auth. hodie* c. *de Appell.* proſequendam, & reſtitutionem in integrum petendam leges conceſſerunt. Gloſs. *ad* c. *cum ſit* 5. *X. de Appell.*

§. 3. Dilationum judicialium, variæ ſunt ſpecies. vid. Brunn. *in proceſ. c.* 6. *n.* 2. Hodie *citatoria* abſorbet *deliberatoriam*, cùm libellus ipſi citationi adjungatur. *R. J. de Anno* 1652. §. 34. *in fin.* Differt ab hâc *probatoria*, quæ conceditur illi, cui probatio injuncta, & regulariter eſt peremtoria. Franzk. *ad ff. h. t. n.* 36. Aliàs in aſſignandis dilationum terminis, ſi judex terminum velit per-

peremtorium, illud evidentibus verbis exprimat, ſin ſecus, tres termini, antequam contumax dici litigator poſſit, ſimplices indulgendi ſunt. Gloſs. *in Clem ſæpe 2. verb. non peremptoriè. de verb. ſignif.*

§. 4. Concedit judex dilationes, ſedens pro tribunali, præviâ cauſæ cognitione. *c. ult.* §. *à judice 3. qu. 3.* Spec. *de dilat.* §. 2. *n.* 1 Obſervare tamen debet, ne nimis multiplicentur. *vid. l. fin. ff. h.* Et ut concedantur ex juſta cauſa, quæ probanda. Mev. 9. *D.* 24. *Rec. Imp. cit.* §. 5. interdum juramentum calumniæ à petente exigitur *c.* 4. c. *pen. X. de teſtib.* Conceſſa dilatio utrique parti fit communis. *l.* 6 *C. de temp. reſtit.* à contumacia excuſat. *l.* 2. §. *pen. de judic.* pendente eâ nihil eſt innovandum. *l.* 3. *C. h. t.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. *Civ.* Dilatio probatoria non facilè amplius quam ſemel conceditur. *l.* 1. *C. de dilat.*

J. *Can* Non tantùm ſemel, ſed etiam pluribus vicibus, habitâ ratione perſonæ, cauſæ, itineris & aliarum circumſtantiarum, dilatio datur. c. 15. c. 36 c. *pen. X. de teſtib.*

. *Civ.* Reo in Jus vocato, poſt oblationem, viginti dierum induciæ dantur. *Nov* 53. c. 3 *N* 56 c. 2 *N.* 82. c. 20.

. *Can.* Non eſt certum, ſed arbitrarium tempus induciarum, intra quod deliberare jubetur reus, an cedere velit liti, an contendere. c. 11. *X. de procur.* c *quoniam* 5. §. *ſi verò X. ut lit. non conteſt.* c. 5. *X. de Appell.*

F TIT.

TIT. IX.
De Feriis.

§. I. Dilationes Legales per ferias etiam conſtituuntur, imò & interdum arbitrariæ. Sunt verò feriæ juridicè conſideratæ, tempora, quibus ſilet ſtrepitus forenſis c. *ult. X. h t.* ſuntque vel *ſolennes* ſeu *ordinariæ* quæ certo ſpatio quotannis recurrunt, vel *repentinæ* ſeu *extraordinariæ*, quæ ſubitò pro re natâ v. G propter inaugurationem, triumphum &c. Gloſs. *in clem ſæpe.de V. S.* indicuntur. Solennes ſunt vel *ſacra* quæ cultui & honori Dei & Sanctorum reverentiæ dicati. *d. c. ult. hic.* c 1. *&* 3. 15. *qu.* 4. *in princ. diſt.* 3. *de conſecr.* quos ſingulis diebus Dominicis Parochus populo prænunciare debet c. 1. *de conſecrat. diſt.* 3. vel *profana*, quæ propter utilitatem & neceſſitatem hominum ſunt inſtitutæ v. G. meſſium, vindemiarum. &c. *d. c. ult. hic.*

§. 2 Feriis hiſce expediri non poſſunt, quæ ſunt juriſdictionis contentioſæ. *c.* 1. *c. ult. hic. c.* 1. *&* 2, 15. *qu.* 4. *c* 21 *X. de elect.* Benè tamen quæ ſunt jurisdictionis voluntariæ *C.* 1. *ibique Kling. &* *&* 14. *hic l. actus* 8. c. *eod.* & quarum diſceptationem *Pietas* c. *utinam.* 9. *diſt.* 76. c. 33. *diſt.* 5. *de Conſecrat. Hoſt. in ſumma h. t.* Jaſ. *ad l.* 1. *ff. hic* vel *Neceſſitas* c. *fin.* §. *verum cum ſeq. de judic* ſuadet. Feriis ſacris partes renunciare non poſſunt. c. *fin. hic.* benè tamen profanis. *d.* c. *fin.* c. 3. *hic.* c. 12. *X. de foro compet.* etiam tacitè. c 15. *de re judic.*

§. 3. Computantur feriæ ſacræ à veſpera ad veſperam, c. 1. *&* 2. *hic* Levit. 23. *v.* 32. regionum tamen conſuetudo etiam eſt attendenda *d.* c. 2.

reſi-

eliquæ feriæ verò incipiunt à media nocte ad nediam noctem. *l.* 8. *ff. h. t.* Franzk. *ibid. n.* 21. Weſenb. *in Comm. C. h. t, num.* 25. quod tempus tiam obtinet in divinis feriis, quoad cultum diinum, & quoad abſtinentiam à mundanis operius & eſu carnium. Panormit. *ad d. c.* 1. ex eoque ngel. *l.* 5. *t.* 15. *n.* 14. non verò quoad horas canoicas. *cit. Dd.* Quod de feriis dictum, applicari uoque poteſt ad dies omnes, niſi quod judicium c actus judiciales computentur à tempore maatino & finiantur in fine diei. Conf. Wagner. *d c.* 2. *X. h. t.*

TIT. X.

De Ordine cognitionum.

§. I. ORdo cognitionum (ſeu judiciorum) eſt diſpoſitio, quâ unum judicium alteri juicio antefertur. Corvin. *L.* 3. *t.* 17. *n.* 2. Fit illud, per modum reconventionis, vel fortis exceptiois actor & reus ſe impediunt. Semper autem maor quæſtio præfertur minori, ne per hanc majori ræjudicium inferatur. *l.* 54. *ff. de judic.* Et ſic in oncurſu duarum actionum, quarum una ab alera dependet, ſemper illa cauſa eſt præjudicana, ex cujus cognitione alterius cognitio depenet. *l.* 2. *C. de ord. judic. l.* 2. *C. de Ord. cogn.*

§. 2. Quare prius decidenda eſt cauſa poſſeſria ante petitoriam. *l.* 37. *ff. de judic l.* 3. *C. de inrd. l.* 13 *C. de R. V.* Criminalis ante civilem *c.* 3. *civili.* 3. *qu* 11. *l. fin. C. de Ord. jud.* niſi civilis criinali præjudicet, utpote ſi in vi turbativa dubium cidat de poſſeſſione. *l.* 1. *C. de Appell. Ad. l.* 5. *ff. l L. Jul. de vi publ.* reſpondet *Fachin. l.* 8. *Con-*

trov. c. 8. ſi una incidat alteri, tùm incidens, ſi eſt præjudicialis, prius terminari debet. *c.* 4. *h. t.* Hinc mulieri petenti virum oppoſita exceptio conſanguinitatis prius examinari debet. *c.* 1. *X. h. t.* Petenti hæreditatem, objecta quæſtio nativitatis aut ſtatus eſt præjudicialis. Gonz. *ad c.* 1. & 3. *h. t.* Engel. *h. t. n.* 1.

§. 3. In ſpolii utriuſque facti oppoſita quæſtione, ſi ſit commiſſum circa eandem rem, ceſſat mutua petitio. *vid. infrà de reſtit. ſpoliat.* & qui ſpoliantem ſpoliat ex intervallo, vim committit, etiamſi ipſe dominus ſpoliet, cum etiam prædo reſtituendus ſit. Struv. *Ex.* 45. *th.* 110. ſi ſpolium ſit commiſſum circa diverſam rem & quæſtio ſpolii proponatur, per modum actionis, mutuæ petitiones conceduntur. Si verò quæſtio ſpolii proponitur per modum exceptionis, ſuper exceptione eſt prius cognoſcendum & ſpolium probandum *c.* 2. *X. h. t.* ibique Gonzal. Non enim ſpoliatus cogitur ante reſtitutionem ſpoliatori in ulla cauſa reſpondere. *c. fin. X. h. t.* ibiq; Ungepaur.

TIT. XI.

De Plus petitionibus.

§. I. Plus petendi ſunt quatuor modi, Re, tempore, loco cauſa. *Re*, quando major ſumma vel quantitas, quam quæ debetur, petitur. *c. un. X. h. t.* *Tempore*, cum ante diem vel conditionem exiſtentem petitur id quod debetur. *d. c. un.* *Loco*, quando petimus alio loco quam ubi convenit, ut ſolveretur. *d. c. un.* *Cauſa*, ſi quis id, quod vel in genere vel alterna-

ternativè debetur, in ſpeciè vel præciſè petit, & ſic electionem adverſario competentem, ſibi arrogat. *d. c. un.*

§. 2. Plus petens *Re*, in expenſas adverſario condemnatur; *Tempore* punitur, ut reo duplicentur induciæ, quibus finitis, Reus litem non excipiet, niſi expenſis ipſi ſolutis. *Loco*, tenetur, quanti rei intereſt, alio loco peti, quam ubi conventum erat; *Cauſa*, in expenſas omnes & damnum, quod reus occaſione inſtitutæ actionis paſſus eſt, condemnatur. *c. un. X. h. t.* Si tamen ante litem conteſtatam à plurispetitione deſiſtat, his pœnis non tenetur. Hoſtienſ. *h. t.*

§. 3. Praxis indiſtinctè plus petentes punit refuſione expenſarum, reique abſolvuntur ab inſtantia, reſervatâ actori poteſtate agendi congruo loco, tempore & modo; Duplicatæ verò induciæ juris Canonici ceſſant. Engel. *h. t.*

TIT. XII.

De Causâ Poſſeſſionis & Proprietatis.

§. I. PEr cauſam poſſeſſionis & proprietatis denotatur judicium poſſeſſorium, & petitorium, atque non ſolum ventilatur circa res corporales, ſed etiam incorporales, v. G. Jura, jurisdictionem &c. quorum eſt quaſi poſſeſſio. Sic igitur cauſa poſſeſſionis tractatur in Judicio poſſeſſorio, in quo principaliter agitur de poſſeſſione vel acquirenda, vel retinenda, vel recuperanda. *l. 14. §. fin. de Except. rei jud.* Cauſa proprietatis in judicio petitorio, in quo principaliter agitur de ipſâ re ejuſque jure. Poſſeſſorium retinen-

dæ porrò dividitur in *ſummarium* & *ordinarium* ſive regulare & plenarium. Per *ſummarium* ſive *ſummariſmum* præparatur cauſa ipſius poſſeſſionis, ut manuteneatur momentaneus poſſeſſor & ab onere probandi relevetur; Ordinarium verò poſſeſſorium dicitur præparatorium petitorii. Praxis hanc diſtinctionem generaliter recepit occaſione ordinat. Cameral. *p.* 2. *tit.* 21. *in fin.* Conſ. Schilt. *Ex.* 13. *th.* 10.

§. 2. Eſt verò poſſeſſio vel *Naturalis tantùm*, quæ in nudo facto naturali conſiſtit. *l.* 7. §. 11. *Comm. div.* ſi quis tantùm detinet rem. *l.* 1. *pr. ff. de acquir. vel am. poſ.* abſque animo ſibi poſſidendi. *l.* 24. *l.* 25. *ff. eod. l.* 17. §. 1. *depoſ.* vel *Civilis tantùm*, quando Dominus vel b. f. poſſeſſor ſolo animo poſſidet. *l.* 1. §. 3. 13. *l.* [illegible] *ff. de acq. vel am. poſt. l.* 10. *C. eod. l.* 1. §. 24. *de vi & vi armat.* vel *Naturalis & civilis ſimul*, quando quis opinione Domini, & ſic animo ſibi poſſidendi, corporaliter rem poſſidet *l.* 9. *l.* 20. *l.* 41. *ff. de acq. vel amitt. poſ. l.* 22 §. 1. *de nox. act. l.* 27. *de uſur.* quæ etiam vocatur poſſeſſio juris, & eſt hujus loci, definirique poteſt, quod ſit Jus inſiſtendi rei, exercitiumque ejus habendi, cum animo ſibi & ſuo nomine poſſidendi. *l.* 2. *C. de præſcript* 30. *vel* 40. *annor.*

§. 3. Si Judicium eſt de eadem re, prius ſuper poſſeſſorio eſt pronunciandum, petitorio interim ſuſpenſo. *c. ex conqueſtione* 10. *c.* 13. *de reſtit. ſpoliat. c.* 2. *X. h. t.* Et quidem ſi ſummariſſimum eſt inſtitutum, hoc prius diſcutiendum, reſervato poſſeſſorio ordinario vel petitorio. Schilt. *c. l.* Poſſeſ-

ſionis

onis rei ſpiritualis cognitio ad quem Judicem
ertineat ardua eſt quæſtio; argumenta pro u-
raque ſententia vid. apud Barboſ. *l.* 1. *J. Ecc. c.*
9. §. 2. *n.*160. *ſeqq.* Mihi ſic videtur: ſi agitur de
udo facto poſſeſſionis, uti in ſummariſſimo,
uæſtio pertinet ad Judicem ſecularem; ſi vero
ermo eſt de facto, quod aliquid juris admixtum
abet, uti in ordinario poſſeſſorio & multò magis
etitorio, cognitio pertinet ad Judicem Eccle-
iaſticum. vid. Lynck ad *Deſſel. h. t. qu.* 6. *c.* 1. *h. t.*
fin. X. de jud. Struv. *Ex* 9. *th.* 57. *ibique Muller.*

§. 4. Cæterum utrumque Judicium, petito-
ium & poſſeſſorium cumulari poſſunt. *c.* 6. *h. t.*
1 4. 5. *eod.* dum competunt ad diverſa, & po-
eſt de alterius juſtitia conſtare, de alterius non.
Quod tamen rectè reſtringi debet ad interdi-
tum adipiſcendæ & recuperandæ, non verò re-
inendæ, niſi petitorium reſpiciat incorporalia.
ura, v. G. actio confeſſoria, quia etiam ibi agit,
ui poſſidet; in aliis incompatibilitas evidens ad-
ſt. Judici interim datur facultas de altero pro-
unciandi. *c.* 3. *&* 6. *h. t.* Si autem de petitorio
onſtat, illud abſorbet poſſeſſorium, prævalente
amen petitorio in executione, in pronunciatio-
e vero poſſeſſione *d. c.* 6. Planè, qui rei vindi-
atione egit, pendente judicio, ante concluſio-
em cauſæ poteſt inſtituere interdictum recupe-
andæ vel adipiſcendæ, *c. paſtoralis,* 5. *X. h. t. c.* 35.
e teſt. & attent.

DIFFER. JUR. UTR.

Civ Poſſeſſorium cum petitorio in uno libello

 pro-

propoſitum, utrùmque unâ ſententiâ determinandum non eſt. *l. incerti.* 3. *C. de interd. l.* 13. *c. de rei Vind. l.* 1. *C. de Appell.*

J. Can. Hæc duo judicia ſimul propoſita & cumulata ſimul tractari poſſunt, unâque ſententiâ determinanda ſunt. *c.* 2. *ſeq. c.* 6. *X. de cauſ. poſſ. & propr.*

TIT. XIII.

De Reſtitutione Spoliatorum.

§. I. Spoliatus eſt, qui vi vel clam de poſſeſſione rei alicujus corporalis vel incorporalis eſt dejectus. Spolium verò eſt violenta poſſeſſionis privatio. *c.* 1. 2. 3. *& paſſim X. h. t.* committitur circa tes mobiles. *c.* 11. *hîc.* immobiles. *c.* 1. *eod.* Jura. *c.* 17. *eod.* beneficia *c.* 2 *c.* 5. *c.* 3. *X h. t.* Vis in ſpolio eſt vel expulſiva. *c.* 6. *eod.* vel ablativa *d. c.* 11. vel compulſiva. *d. c.* 2.

§. 2. Spolium committit etiam Judex, qui omiſſo juris ordine aliquem jure ſuo uel re ſuâ privavit. *c.* 7. *X. h. t.* qui ſpolium mandavit, aut ſpoliationem ſuo nomine factam ratihabuit. *c* 15. *eod.* aut rem à ſpoliatore ſcienter accepit. *c.* 18. *eod.* multò magis qui ipſe ſpoliavit. *t. t. h. & t. t. ff. de vi & vi armat.* Datur remedium ſpolii ei qui dejectus eſt, ſive Dominus fuerit ſive non; item hæredibus eorumque ſucceſſoribus. *l.* 1. §. 12. *l.* 3. §. *fin. ff. de vi & vi armat.* vid. ſuprà *tit. de ord. cogn.* §. 3 Extenſum eſt remedium ſpolii etiam contra tertium poſſeſſorem dejectionis conſcium. *c. ſæpe* 18. *X. h. t.* quamvis praxis remedium aliud ex *can. Redintegranda.* 3. *qu.* 1. admittat adverſus quemlibet

bet poſſeſſorem, licet ipſe non ſpoliaverit, nec conſcius fuerit ſpoliationis. Sed contra mentem Pontificis. vid. Ziegl. *in brevi comment. ad illum tx. adjecto prælect. & ad jus canon. h. t.*

§. 3. Conqueritur quis de ſpolio vel *agendo* i. e. conveniendo, & tunc ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. *c.* 1. *& fin. X. de Ordin. cogn.* vel *exci-piendo*, & non cogitur ante reſtitutionem actori reſpondere ſive quis de alio ſpolio ſive quis de aliâ quacunque cauſa conveniatur. *c. ult. de mut. petit. c.* 2. *X. de ord. cogn. c. fin. eod.* vel *reconveniendo*, & ſic utraque quæſtio pariter eſt tractanda, modò ſpolium ſit commiſſum circa diverſam rem, *c.* 2. vid. Ziegl. ad Lancel. *l.* 3. *c.* 10. §. 1.

§. 4 Probari debet in remedio ſpolii, ſi agitur per ſimplex interdictum *unde vi*, poſſeſſio & ejectio; ſi agitur ex *c.* 18. x. *h. t.* ſpoliatus hæc tria probare debet (1) ſe poſſediſſe, (2) ſe ſpoliatum eſſe (3) ſpoliatorem ſpoliationis conſcium fuiſſe. Si agitur ex *Can. Redintegr.* tantùm probatur poſſeſſio & quod quis eâdem ſpoliatus ſit. Affine eſt remedium *l.* 7. *C. unde vi* quod approbatum eſt in *can. placuit.* 16. *q.* 6. Exceptio ſpolii intra quindecim dies probari debet. *c.* 1. *h. t. in* 6.

TIT. XIV.

De Dolo & Contumaciâ.

§. I. AGitur hîc non de omni dolo, ſed de eo qui contumaciæ junctus eſt. Eſt verò in genere dolus, Calliditas, Machinatio & fallacia, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. *l.* 1. §. 1. *ff. de dolo malo.*

Con-

Contumacia eſt, erga judicem vel Prælatum dolo malo commiſſa inobedientia. *c.* 1. §. *fin. de Appell. in* 6. Gloſ. *ad c.* 5. *de temp. Ordin.* Committitur contumacia tot modis quot ſunt actus judicii, adeo que conſiſtit v. g. in non comparendo, non reſpondendo, non agendo *c.* 6. *h. t. c.* 5. *ut. lit. non cont.* ſine judicis licentia recedendo *c.* 43. 11. *qu.* 3. *c.* 10. *de Exceſ. Prælat. c.* 6. 24. *qu.* 3. &c.

§. 2. Si actor eſt contumax, damnatur reo in expenſas, nec prius ad novam citationem admittitur. *c.* 1. *h. in* 6. damnatur ad cautionem de comparendo *c. c.* 1. interea reus ab inſtantia abſolvitur. Engel. *h. t. n.* 5. modò accuſata fuerit contumacia actoris, aliàs citatio circumducitur. Carpz. *l.* 2. *Reſp.* 47. Quodſi actor in primo termino comparuerit & libellum exhibuerit, ſed poſtea in alio emanſerit, litem reus conteſtare & petere poteſt, ut in cauſa principali procedatur ipſeque ad probationem admittatur, ſententiaque feratur *c.* 3. *h. t.* ibique Panorm. Si lite conteſtatâ emaneat actor poteſt Judex ſi de cauſa liqueat, ſententiam ferre vel pro actore, vel pro reo. *l.* 13. §. 2. *C. de judic.* Actore tamen ſemper in expenſas condemnato Cz. *tit.* 8. *art.* 1. *n.* 68.

§. 3. Si reus eſt contumax (ſi ſc. præceſſit trina vel una peremtoria citatio) ei mulcta infligitur à judice. *l.* 2. *ff. ſi quis injur.* aut actori in expenſas aliaque damna condemnatur *l.* 15. *C. de judic.* aut excommunicatur *c. fin.* §. *ult. ut lit. non cont.* vid. tn Engel. *h. t. n.* 9. aut miſſionem in bona patitur. *c.* 1. 2. 3. *c. fin. de eo qui mitt. in poſ.* ſi qualitas rei non patitur immiſſionem in bona, judex

poteſt ſequeſtrare, ipſumque condemnare in
ənſas *c. 2. X. h. t.* Poſt L. C. datur electio acto-
ın his remediis uti, an ın cauſa principali pro-
ere velit Engel. *c. l. n.* 10. Reus contumax,
ərûm, eſt vel *verus*, qui perſonaliter citatus
ımè, contumax eſt, vel *fictus*, qui ad domum
um vocatus non comparet. Accurſ. Bart. ad
utor 15. *ff. de adminiſtr. & peric. tut.* Niſi citatio
lomum facta ei ab amicis aut domeſticis fue-
lenunciata. Bald. ad *c. 5. §. porro X. ut lite non*
. Hic appellare poteſt. Gloſ. *ad Clem. 1. de dol.*
nt. Non ille. *l. 23. §. fin. ff. de Appell.*

TIT. XV.

De eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſâ rei ſervandæ.

. PEr miſſionem in bona adverſus contumaces quoque proceditur. Mittitur ve-
ʒuis vel ex primo vel ex ſecundo decreto. De-
tum verò hîc eſt juſſus judicis, quo mandat
ıa cujuſdam propter ipſius contumaciam poſ-
ri. Si igitur tàm in actione reali, quam perſo-
i reus fuerit contumax, actor cuſtodiæ & de-
tionis cauſa mittitur in poſſeſſionem rerum
bilium aut immobilium, ſi mobilia aut nulla
non ſufficientia adſint, hâcque miſſione ac-
rit actor non poſſeſſionem ſed tantùm deten-
ıem, pignus tamen prætorium *l. 26. de pign.*
quod tamen in actione reali ceſſat, cùm quis
re ſua pignus habere nequeat. Wagn. *ad c. 1*
. *n.* 4. Hâcque miſſione reus tædio eſt affi-
ndus ut in judicio compareat, & actori reſpon-
ıt. Engel. *h. t. n.* 1.

§ 2.

§. 2. Quodſi reus contumax intra annum in judicio compareat, & expenſas ſolvat, pariterque cautionem de judicio ſiſti & judicatum ſolvendo præſtet, ſuam poſſeſſionem & fructus recipit; Si non, in *actione perſonali* fit miſſio ex ſecundo decreto, ex qua actor veram poſſeſſionem & licentiam res mobiles alienandi, ſibique pro debito ſatisfaciendi, acquirit, modo debitum liquidaverit. Engel. *h. t. n.* 3. *In actione reali* poſt annum elapſum abſque alio Judicis decreto verus efficitur poſſeſſor. *c.* 1. *& c.* 2. *X. h. t. e. fin. X. ut lit. non conteſt.* Ratio diverſitatis eſſe videtur, quod ſecundum decretum miſſo novum Jus quoddam tribuat, at verò qui actione reali agit, jam præſupponit ſibi jus competere in ipſam rem. In materia damni infecti actorem ſecundum decretum rei poſſeſſæ dominum facit. *l.* 15. *§.* 16. *ff. de damn. inf.*

§. 3. Habet hæc miſſio tantùm locum in cauſis profanis, non in dignitate, perſonatu, vel beneficio Eccleſiaſtico *obtinendo*; Ut evitetur ingreſſus vitioſus in beneficia, quæ ſine canonicâ inſtitutione obtineri nequeunt; In his igitur non datur locus miſſioni in poſſeſſionem, ſed proceditur, lite etiam non conteſtata, ad ſententiam. *c. un. h. t. in* 6. Dixi: *obtinendo* ſecus ergo eſt in obtento, ubi non poſſeſſionis ſe proprietatis intuitu movetur quæſtio *c* 38. *de V. S.* Ceſſatque ratio prohibitionis; Vitioſus ſc. ingreſſus in clericatum.

TIT.

TIT. XVI.

)t lite pendente nihil innovetur.

LIs pendet non ſolum poſt conteſtationem *c.* 30. *de V. S.* ſed etiam poſt citatio- ι reo intimatam *c.* 1. 2. *hic.* poſt ſententiam ıitivam quoque, ſi appellatum fuerit *c.* 28. *ꝏterea. de off. jud. deleg c.* 1. *de ſent. & re judic. c. le appellat.* Citatio litis pendentiam inducens :t eſſe legitima juxta *Clem. cum lite* 2. *h. t.* ıſ. *obſ.* 24. *cent.* 4. vid *ſupr. de foro comp.* §. 2.

, 2. Lite pendente nihil eſt innovandum. *t.* quod verò innovatum, nullum eſt, & qui ›vavit, in expenſas damnatur, & jure ſibi petente, privatus, infamis efficitur *l. pen. & ·. ut lit. pend. nulli lic. Imp. ſupplic.* Hinc poſ- r durante lite commodo ſuæ poſſeſſionis pri- nequit. *c.* 1. *h. t.* In caſu, quo matrimonium ummatum tanquam invalidum vel ſeparan- accuſatur, conjux pendente lite nequit pri- poſſeſſione carnalis commercii *c.* 2. *h. t* Sic · poſtulata adulterii, quaſi poſſeſſione juris ſui ari haud poteſt, & ſic ſumtus litis & alimen- terim ſunt ſubminiſtranda. *d. c.* 2. Alienatio m & actionum pendente lite facta nulla eſt *&* 4. *h. t.* Reſcriptum pendente lite impetra- cenſetur ſubreptitium, niſi litis pendentiæ tionem faciat. *c. fin h. t.* ſequeſtratio fructuum ›oſſeſſionum lite pendente fieri nequit. *ſeq.*

TIT.

TIT. XVII.

De ſequeſtratione Poſſeſſionum & Fructuum.

§. I. SEqueſtrum eſt depoſitum rei litigioſæ, ut finitâ lite victori reſtituatur *l.* 110. *de V. S. l.* 7. *ff. depoſ.* apud quem res illa litigioſa deponitur, vocatur ſequeſter. Dividitur autem ſequeſtrum in Voluntarium & Neceſſarium. Voluntarium eſt, quod libera voluntate contendentium fit. Neceſſarium fit ex juſta cauſa invitis etiam partibus à judice, & regulariter prohibitum eſt. *L. un. C. de proh. ſequ.* cum ab executioproceſſus non ſit inchoandus, *l.* 1. *C. de exec. rer. jud.* nec temerè alicui poſſeſſionis commoditas auſſerenda *c.* 2. 16. *qu.* 4. *c.* 2. *ut lit. pend. nih. innov. c.* 1. *X. h. t.*

§. 2. Interdum ſequeſtrum neceſſarium eſt permiſſum, utpote: ſi judex veretur, ne partes ad arma & rixas procedant *l.* 13. §. 3. *ff. de uſufr.* Miſſus in poſſeſſionem fructus diſſipet. *c.* 2. *h. t.* ſi maritus uxoris, matrimonium contractum negantis, reſtitutionem petat. *c. cum locum.* 14. *de ſponſal.* ſi uxor, cujus reſtitutionem maritus poſtulat, de ſævitia viri probabiliter timeat. *c.* 8. *c.* 13. *de reſtit. ſpoliat.* ſi metus ſit fugæ, ſi periculum in mora; Damnum irreparabile immineat, utpote ſi duo juvenes unam ambiant virginem, virgo poteſt ſequeſtrari &c. Coler. *pr. ex. p.* 1. *c.* 2. *n.* 102. *ſeq.* Cocc. *de fœm. ſequeſt.* Eſt tamen ſequeſtrum neceſſarium tantùm remedium ſubſidiarum

diarum

rum, & tunc locum habet, ſi alio remedio par-
ıs cautum eſſe nequit. Mynſ. 2. *O.* 11. *Mev.* 2,
·. 246.

ſ. 3. Sequeſtrari poſſunt omnes res, mobiles mmobiles, v. G. Fructus. *c.* 2. *h. t.* Inſtrumen- *l.* 4. *§. f. & l. ſeq ff. fam. Erciſc.* Eccleſiæ. *c.* 15. *de* *c.* Prædia. *l.* 5. *C. quor. Appell. non recip.* Bene- ım, ſi non-triennali poſſeſſori moveatur quæ- . *Clem. un. h. t.* ſecus ſi triennali. *d. clem.* volun- um ſequeſtrum in ſequeſtrem poſſeſſionem ısfert, niſi aliud conventum fuerit. *l.* 17. *§.* 1. *ff.* ɔſ. Hinc ſequeſter jura rei ſequeſtratæ inhæ- tia exercet. Felin ad *c. Bertholdus. de ſent. & ıdic. & Clem. h.* Neceſſarium ſequeſtrum non ısfert poſſeſſionem ſed eam, quoniam eſt du- relinquit in ſuſpenſo. *c.* 1. *&* 2. *hic. l.* 39. *ff. de ı. poſſ.* de impedita vel occupata ſequeſtratio- vid. *clem. un. h. t.*

TIT. XVIII.
De Confeſſis.

. CONfeſſio eſt ejus quod ab adverſario intendirur, aſſeveratio legitima. Non ır eſt ipſa probatio in ſe, ſed potius eſt releva- à probando, interim effectus producit proba- ıis. Dividitur in *veram* & *fictam*. Illa fit verè, ; tantùm præſumtivè v. gr. qui paſcitur de de- ɔ privato, illud videtur confiteri. *l.* 4. *§. f. ff. is qui nor.* In *explicitam* & *implicitam*; Hæc fit relationem ad aliquod inſtrumentum. Wam- . *Conſ.* 94. *n.* 1. In *ſimplicem* & *qualificatam* vid. v. *P.* 1. *Dec.* 123. In *civilem* & *criminalem*. In *Ju- ılem* & *Extrajudicialem*. §. 2.

§. 2. Judicialis Confeſſio debet eſſe animo confitendi facta, non per conſequentiam ex actu aliquo elicita. *l. 37. Fam. Erciſc. l. 9. C. de O. & A. l. 9. ff. & l. 9. C. de Except.* Certa, *l. 6. pr. §. 1 ff. h. t.* Coram judice competente. Præſente adverſario & acceptante. *l. 6. §. 3. ff. hic*, à tali facta, qui conditionem ſuam deteriorem facere poteſt. *l. 6. §. 5. ff. h. t.* Lanfr. *in c. quoniam. verb. confeßiones n. 18. & 15. de probat.* debet quoque nec naturæ nec juri adverſari. *c. 2. & 3. X. h. t. c. 1. 15. qu. 6. c. 10. de tranſac.* Operatur judicialis confeſſio, ut reus habeatur pro judicato in cauſa civili. *l. 1. l. 6. pr. ff. h. t.* Et ſic judicati tempora attenduntur *c. l. 6. in f. h.* ſententiâ tamen in foro Germanico indiſtinctè, ſive ante ſive poſt L. C. confeſſio fiat, eſt opus. D. Böhmer. *ad ff. h. t. n. 8.* In cauſa criminali non ità ſtatim condemnationem ad ſe trahit, niſi conſtet de corpore delicti. *l. 1. §. 17. 27. ff. de quæſt.* & perſona ſit ſuſpecta aliiſque indiciis gravata, confeſſioque ſit libera. Brunnem. *Cent. 1. D. 57.*

§. 3. Extrajudicialis confeſſio in civili cauſa probationem plenam non inducit, niſi diſcretè, ſeriò, & de facto proprio facta, & probari poſſit. Vid. Engel. *h. t. n. 4.* in cauſa criminali indicium facit ad torturam contra confitentem, modò perſona aliàs ſit ſuſpecta & corpus delicti adſit; non contra alium *c. 1. h. l. fin. C. de accuſ.*

§. 4. Confesſio procuratoris nocet Domino, & Oeconomi, Eccleſiæ *c. 3. h. t.* niſi doceatur error, *d. c. 3. in fin.* quem quis ante ſententiam probet. *c. fin. h.* intra triduum tamen alleget. Zoeſ. *h. n. 8.*

Non

Non poteſt ſententiam, niſi fuerit appellatum. *l. ſub prætextu. C. de Appell. vid. c.* 17. *de teſt. & atteſt. c.* 30. *de fid. inſtr.* Minores contra acceptationem à parte adverſa factam in confeſſione judiciali reſtituuntur. *l.* 6. §. 5. *ff. h.* Eruitur etiam confeſſio per poſitiones, (quæ differunt ab articulis) mediante juramento *dandorum* à parte ponentis & *reſpondendorum* à parte Ponati. vid. Michalor. *de poſit. &* Dd. *paſſim.*

TIT. XIX.
De Probationibus.

§. I. PRobatio eſt actus judicialis quo Judici de veritate rei dubiæ legitimè fit fides. *l.* 3. §. 2. *ff. de teſt.* Et ſic probare, eſt, de re dubiâ judicio fidem facere. *c.* 10. §. *cauſa. de de V. S.* Eſt probatio vel *artificialis* vel *inartificialis*; *illa* per deductionem argumentorum ex ipſa cauſa abſolvitur; *Hæc* extra cauſam deſumitur à LL. teſtibus, Tabulis &c. Deinde vel *Plena*, quæ plenam judici facit fidem, vel *ſemiplena*, quæ non perfectè concludit ſed ſemiplenè tantùm probat. *Illa* fit v. G. per duos teſtes omni exceptione majores, inſtrumenta publica, &c. *Hæc* fit v G. per comparationem literarum, unum teſtem idoneum &c. Maſcard. *de prob. vol.* 1. *qu.* 4. Tandem vel *Judicialis* vel *Extrajudicialis.*

§. 2. Probare debet vel actor vel reus, quoties aliquid in judicio aſſerit, fundamentum ſuæ aſſertionis. Neganti verò nulla imponitur probatio *l.* 23. *C. de prob.* ſed onus probandi transfert in affirmantem. *c. accuſator,* 6, *qu.* 5. *c.* 23. *de elect.*

G *c.* 11

c. 11. *h. t.* niſi ſit vel negativa juris *l.* 5. *ff. de probat.* vel negativa ſit reſtricta ad locum & tempus *l.* 4. *C. de ſtipul.* vel negativa non ſit pura ſed prægnans i. e. quæ circumſtantiam aliquam continet. *l. pen.* §. 2. *ff. ne quis eum.* Vid. tamen *Diſſert. D*. Cocen *de directa probatione negativa.* In his enim & ſimilibus exceptionibus negativa per indirectum probari poteſt *c. ſeries.* 26 *X. de teſtib. l.* 14. *C. de contr. ſtipul* Ad negativam juris pertinet quoque negativa qualitatis, cujus tamen præſumtio in jure contraria eſt fundata, v. G. cum quis negat aliquem ad beneficium idoneum, id probare debet, dum quilibet præſumitur idoneus. *c. fin. de præſumt. c. un. de ſcrut. in ord. fac. l.* 3. *C. de probat.*

§. 3. Probatur res dubia, modo probata probanti profutura ſit. *c.* 32. *in fin. de ſimon. Gloſs. in cap. cùm contingat.* 36. *de off. jud. del* non verò probantur ab adverſario confeſſa; *c. ult.* 15. *qu.* 5. *c.* 1. 2. *q.* 1. notoria. *c.* 3. *de teſt. cog. c.* 8. *in pr. de cohab. cler.* evidentia *c.* 9. *de accuſ.* quæ judici ut judici nota. *d. c. ult.* 15. *qu.* 5. *c.* 2. *de off. jud. ord. c* 6. 2. *qu.* 1. Probatio non ſolum neceſſaria in cauſa civili. *t. t. ff. & c. h. t.* matrimoniali. *c. ex literis ibique Gloſs. X. de teſt. & atteſt.* ſed etiam criminali, hîc taman luce meridiana clariores requiruntur probationes. *c.* 3. *quiſquis. c.* 2. *ſciant* 2. *qu.* 8. In crimine ſimoniæ. *c.* 6. *de ſimon.* Hæreſeos *c.* 7. *de herer.* præſumtiones veroſimiles admittuntur.

§. 4. Probatio generalis v. gr. quod tributum ſibi ſolverit, vel æquivoca non relevat probantem ſuper certâ ſpecie v. gr. aliquem ſibi eſſe

ſubdi-

ſubditum, ſub genere probato contenta *c.* 6. *de relig. Dom. c.* 21. *de Cenſib.* quia tributi præſtatio aliud quam ſubjectionem ſignificare poteſt. c. 8. *de privil. c.* 16. *c. præterea.* 8. *de Cenſib.* In judiciis communibus, qui probat vincit; Si pro utraque parte æque prægnantes ſint rationes, judex pro reo pronunciat. Sententia aliàs fertur pro eo, qui melius & magis ſufficienter probavit. *c.* 9. §. *ex præmiſſis h. t.* Judex enim non ſecundum proprium guſtum, ſed ſecundum allegata & probata judicare debet. *c. in præſentia* 6. *de renunc.*

TIT. XX.

De Teſtibus & Atteſtationibus.

§. 1. Teſtis eſt perſona fide digna, quæ ad fidem de negotio controverſo faciendam evocatur & legitimè examinatur. Atteſtatio eſt ipſius teſtis aſſeveratio & teſtimonium. Teſtis debet eſſe habilis ut ei tutò fides haberi queat, qui aliàs vocatur omni exceptione major. Vid. Engel. *h. t. n.* 12. *ſeqq. c.* 1 *h. t. c.* 2. 24. *eod.* quais eſt omnis, niſi ſpeciatim lege aut canone prohibeatur. Prohibentur autem aliqui vel *in totum* vel *in tantùm.* Illi nullo modo admitti debent, dum eorum examen foret fruſtraneum. Mev. 5. *D.* 17. & 7. *D.* 75. Hi admittuntur ſed ſalva exceptione partis. Huber. *ad ff. h. t. n.* 2. ſicque eorum fides non omni exceptione major eſt.

§. 2. Rejiciuntur *in totum* furioſi, mentecapti. 20. §. 4. *qui teſt. fac.* impuberes. *l* 3. §. 4 *l.* 19. §. *ff. h. t.* vid. tamen Carpz. *p.* 1. *C.* 16. *def.* 55. *n* 3. *l.* 10. *ff. de quæſt.* inteſtabiles in ſpecie ità dicti.

l. 18. §. 1. *qui teſt. fac.* ob carmen famoſum damnati. *l.* 21. *pr. ff. h. t.* judicio publico damnati nec reſtituti, palàm quæſtum corpore facientes. *c. l.* 3. §. 5. ob turpitudinem ſenatu moti. *l.* 2. *de ſenat.* omnes legibus ſecularibus notati. *c.* 9 3 *qu.* 5. *c. l.* 3. *c.* 2. *ſeq.* 4. *qu.* 2. *c.* 9. *h. t.* ſurdi in iis quæ auditu percipiuntur, & cœci in iis quæ viſu percipiuntur. &c.

§. 3. Rejiciuntur *in tantum* domeſtici, familiares, cognati, affines, cui imperari poteſt ut teſtis fiat pro eo. cui talis eſt *c.* 1. *c. teſtes* 4. *qu.* 2. *c.* 1. *c.* 10. *c.* 12. 3. *qu.* 5. *c.* 22. *c.* 24. *X. h. t.* vid. tamen. *c.* 3. *X. qu. matr. acc. poſſ.* Amicus pro amico. *c. ult.* 4. *qu.* 2. *c.* 5. *h. t.* ſocius pro ſocio ejuſdem criminis regulariter. *c.* 10. *c.* 20. *h. t. c.* 1. *de confeſ. c. fin.* 15. *qu.* 3. inimicus contra inimicum. *c.* 22. *de ſent. & re jud. c. per tuas* 32. *c.* 31. *de ſimon.* Filius contra patrem & contrà. c. *fin.* 4 *qu.* 2. Hæreticus & Judæus contra Chriſtianum *c.* 26. 2. *qu.* 7. Clericus contra laicum *c.* 9. 11. *qu.* 1. Laicus contra clericum in cauſa criminali. *c.* 14. *h. t. c.* 37 §. *fin cum c. ſeq.* 2. *qu.* 7. Advocatus, procurator in cauſa, quam defendit. c. *ult.* 4. *qu.* 2. c. 6. x. *h. t.* c *ult. eod. in* 6. Judex in cauſa in qua judex. c 37. *cum* c. *ſeq.* 2. *qu.* 6. c. 1 & c. 2. 4. *qu.* 4 quilibet in propria cauſa. c. 4. 15. *qu.* 3. &c.

§. 4. Debent ad probandum plenè produci teſtes duo. c. 10. c. 32. *h. t.* niſi Jus nominatim plures requiret *d. c.* 23. uti exempla ſunt in c. 2. *præſul* 2. *qu.* 5. pertinent huc quoque *compurgatores*, qui in jure feudali *ſacramentales* vocantur. Unus vel ſingularis teſtis regulariter non probat *d. c.* 23.

& c. 47. *h. t.* niſi ſit in crimine læſæ majeſtatis. c. 2. *diſt.* 79. & cum alicui non ſit præjudicium vid. c. 110. *de Conſecr. diſt.* 4. c. 22. *h. t.* c. 12. *de ſponſal.* c. 14. *de ſimon.* c. 19. *de appell.* &c. Qui teſtis ſe ultro offert habetur ſubornatus & ſuſpectus c. 4. 5. *qu.* 5. regulariter poſt litem conteſtatam ſunt recipiendi teſtes c. 1. & 2. *ut lit. non cont.* coram eodem judice qui de cauſa cognoſcit c. 14. *de privil.* quædam tamen perſonæ domi examinantur c. 8. *h. t.* quorſum etiam pertinent perſonæ egregiæ.

§. 5. Teſtes antequam examinentur, Judex debet & partem citare non trinâ ſed unâ citatione. c. 2. x. *h. t.* & à teſtibus jusjurandum exigere. *c.* 17. & 18. *de accuſ. c.* 51. *c.* 39. *h. t.* licet cauſa ſit ſummaria. Imol. *in Clem. ſæpe de V. S.* Juramento præſtito quemque teſtem Judex examinat, remotis partibus, adhibito Notario, qui dicta conſignet *c.* 52. *c.* 51. *c.* 41. *h. t.* tum ſuper articulis tum ſuper interrogationis *c.* 97. *hic.* Debet teſtis deponere claris verbis *c.* 37. *h. t.* neceſſariò vel probabililer concludentibus. *Farin. qu.* 70. *n.* 147. Veram depoſitionis cauſam continentibus, non ex credulitate *c.* 5 *h. t.* nec auditu alieno. *c* 27. *c.* 47. *h. t.* ſi teſtis obſcurè deponit, iterum eſt examinandus. *c.* 53. *h. t.*

§. 6. Publicatis atteſtationibus ſuper iisdem articulis nulla eſt amplius productio; ſuper novis eſt *c.* 17. *h. t. c.* 46. *c.* 19 *h. t.* niſi fuerit ei renunciatum. *c.* 25. *X. h. t c.* 38. & 44. *eod.* interim atteſtationum copia litigatoribus communicatur. c. 1. *de probat.* ut ſequatur diſputatio atteſtationum. Diſputatione finita Judex æſtimabit quis proba-

 verit?

verit? ſi teſtes actoris & rei authoritate & conditione ſunt pares; pro reo eſt pronunciandum. *c. ex literis* 3. *de probat.* niſi actoris perſona ſit favorabilior. *c. fin. de re jud l.* 38. *ff. eod.* Conf. pluribus Interpretes *ff. h. t.* Brunn. *Proc. Civ.* aliique.

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Unius teſtimonium plenè haud probat, etiamſi præclaræ curiæ honore præfulgeat *l.* 9. §. 1. *C. de teſt.*

J. Can. Excipitur ſummus Pontifex, qui multorum inſtar eſſe debet. c. 28. *X. de teſt. & atteſt.* item Epiſcopus. *c.* 36. §. *teſtimonium* 11. *qu.* 1.

J. Civ. Repellitur à teſtimonio qui judicio publico reus criminis condemnatus eſt, nec ſufficit crimen admiſſum eſſe *l.* 1. §. 4. *l.* 4. §. *calumniator. ff de his qui not. infam. l.* 3. §. *lege. ff. de teſt.*

J. Can Repellitur etiam is, cujus crimen certò oſtendi poteſt, licet non ſit judicatum *c.* 13. *c.* 54. *X. de teſtib.*

J. Civ. Parentes & liberi invicem ad teſtimonium ne volentes quidem admittuntur. *l.* 6. *C. de teſtib.*

J. Can. Quoad ſanguinis rationem & in matrimonialibus cauſis non prohibentur. *c.* 22. *X. de teſtib. c. videtur X. qui matr. acc. poſſ.*

J. Civ. Teſtes poſt litem conteſtatam debent produci, ità ut ſi antea fuerint producti, talis productio pro re nulla habeatur. *t. t. C. ut lit. non conteſt. non proc.*

J. Can. Multæ ſunt exceptiones. *vid.* ſpecul. *tit. de teſt.* §. *nunc tractemus. lib.* 1. *p.* 4. Frequentiſſima

ma autem eſt illa: ſi ad perpetuam rei memoriam teſtes producuntur. *c. ſignificavit. X. de teſtib. c. ult.* §. *ſunt alii X. ut lit. non conteſt.*

J. Civ. In cauſis appellationis novi teſtes ſuper antiquis vel his conjunctis articulis admittuntur. *l.* 6. §. 1. *C. de Appell. l. per hanc* 4. *C. de temp. Appell.*

Can. Publicatis atteſtationibus propter timorem ſubornationis non licet ſuper iiſdem alios vel eoſdem teſtes tam in appellationis cauſa, quam primo judicio producere *c.* 17. *& ſeq. X. de teſtib. Clem.* 2. *eod.*

TIT. XXI.
De teſtibus cogendis.

I. VEritatem occultare eſt mortale peccatum c. 80. 11. *qu.* 3. & publicè intereſt, veritas, ad quam eruendam teſtes adhibentur. *h. t.* occultetur. *c. fin. eod.* Hinc teſtes ad teſtinium dicendum cenſura Eccleſiaſtica à Judice inario vel ejus delegato cogi poſſunt. c. 1. 2. 3. *ſqq. hic.* etiamſi juraverint, ſe teſtimonium dicturos. c. 18. *de teſtib. & atteſt.* inprimis ſi a excuſatione gaudeant c. 10. *hic.*

2. Gaudet verò excuſatione & ſic cogi d poteſt qui teſtimonium dicere contra ſoce-, generum, vitricum, privignum, ſobrinum inove natum, &c. *c. ult.* 4. *qu.* 2. nec libertus ra patronum. *d. c. ult.* nec ſenex, valetudis, miles, qui cum magiſtratu abeſt, aut cui re non licet *d. c. ult.* Publicanus, *d. c. ult.* Epius. *c.* 9. §. *nec honore* 11. *qu.* 1. Clericus aliaque

Eccleſiaſtica perſona c. 38. 2. *qu.* 6. ſi tamen veritas aliter haberi non poteſt, hæ perſonæ ad teſtimonium dicendum vel in judicio vel coram Commiſſariis Domi. c. 8. *de teſtib. & atteſt.* cogi poſſunt. c. 3. c. 4. *h. t.* Sumtus tamen evocandis à producente dari debent, alioquin venire non tenentur. *c. ſtatutum.* 11. *§. pro ferendo. de reſcript. in* 6. *c. fin. §. liberti teſtes* 4. *qu.* 2.

TIT. XXII.

De Fide inſtrumentorum.

§. I. INſtrumentum *latè* denotat quævis adminicula, quibus cauſa inſtrui poteſt. *l.* 1. *ff. h. t. l.* 99. *§.* 2. *ff. de V. S.* & ſic etiam teſtes continet. *c.* 4. *X. de teſtib. cog.* c 10. *de V. S. ſtrictè* inſtrumentum eſt ſcriptura ad fidem rei geſtæ confecta; Eſtque vel publicum vel privatum. Publicum eſt, quod publicâ conſtat authoritate. Pertinent huc, quæ à publicis perſonis ſunt confecta puta Notariis. c. 2. *de uſur. in* 6. *c.* 11. *de præſumt.* quæ ſigillo aliquo publico ſunt munita, ut Epiſcopi. c. 7. *de probat. c.* 20. 11. *qu.* 3. Capituli. c. 5. *de probat. c.* 1. *diſt.* 73. Principis ſecularis c. 9. *h. t.* quæ authoritate magiſtratus interveniente publicata. c. 12. *h. t. l.* 2. *C. de teſtam. ibique Dd.* quæ à ſcribente licet privato, & duobus teſtibus ſubſcripta; *c.* 2. *de teſtib. & atteſt. c.* 11. *de probat.* dum teſtes vivunt *c.* 2. *h. t.* Quæ ex Archivis publicis extracta. c. 13. *de Præſcript. c.* 1. 30. *qu.* 1. Apochæ publicæ. *l.* 1. *C. de de Apoch. publ.* libri cenſuales vid. Mevius 4. *D.* 179.

§. 2. Privatum inſtrumentum eſt, quod ad memoriam rerum geſtarum quidem conditum,

ſed

ed publicâ deſtitutum eſt authoritate uti ſyn-
rapha, chirographum, Apocha, Antapocha, li-
eræ commendatitiæ, amatoriæ &c. Tale inſtru-
nentum non probat pro ſcribente. *l.* 5. 6. 7. *C.*
e probat. Niſi aliunde adminiculum habeat vel
x conſuetudine vel lege; uti, teſtimonium pa-
entum de nativitate liberorum teſtans *l.* 16. *l.* 19.
C. de probat. *l.* 1. *ff. eod.* mercatorum llibri ordina-
ii. Gail. 2. *obſ.* 20. Mev. 1. *Dec.* 261. Idem. 2. 92.

§. 3. Contra ſcribentem & non inficiantem
acilius inſtrumentum privatum probat. *l.* 26. *§.*
in. ff. depoſ. ſi cauſam debendi habeat. *l.* 25. *in f.*
C. de probation. *c.* 14. *X. de fid. inſtrum.* Publica verò
nſtrumenta plenam fidem habent. *l.* 15. *C. h. t.*
nodo de ipſo originali ſermo ſit. c. 1. *h. t.* Nam exem-
plo non eadem authoritas tributa eſt, niſi & exem-
plificatio publica conſtet authoritate; requiſita
ejus vid. Apud Müller. ad Struv. *Ex.* 28. *th.* 31.
it ſ. Inſtrumenta Notarii, ut valeant, requiri-
ur, ut omnia ſolennia obſervari ſolita interve-
ierint. vid. Spec. *de inſtr. edit.* §. 2. *in pr.* Lauterb.
ad ff. h. t.

§. 4. Produci debent inſtrumenta regulari-
ter poſt litem conteſtatam uſque ad concluſio-
nem in cauſa. c. 9. *h. t.* ratio in *c. paſtoralis.* 5. *de*
cauſ. poſſ. & propr. *c.* 8. *de procur.* judici coram quo
itigatur, ſed & ex cauſa alii. c. 4. *h. t.* in loco ta-
nen congruo & ſecuro. *d. c.* 4. *c.* 20. 3. *qu.* 9. *c.* 47.
de Appell. *c.* 4. *ut lit. non cont.* Edi quoque inter-
dum debent inſtrumenta, ſed tantum quoad clau-
ſulam concernentem. c. 5. *in fin. h. t.* quando &
quali-

qualiter verò, vide apud Dn. Böhmer. *ad ff. tit. de edend. n.* 13. *ſeqq.* Qui duo contraria inſtrumenta in judicio profert, neutro probat *c.* 13. *X. h. t.* ibique Gloſs. c. 16. *de elect.*

TIT. XXIII.

De Præſumtionibus.

§. I. AD probationem artificialem pertinet quoque *præſumtio c.* 14. & *t. t. hic* quæ eſt probabilitas quædam inducta ex conjecturis idoneis, quæ veritatem vel adjuvat vel pro veritate, alio non adducto, habetur. Alciat. *de præſumt. p* 3. *n.* 1. Eſtque juxta canones vel *Temeraria*, vel *Probabilis*, vel *Violenta*, vel *Neceſſaria*. c. 2. c. 12. c. 14. *h. t. Temeraria* ex cauſis levibus proficiſcitur vid. c. 14. 11. *qu.* 3. c. 8. *diſt.* 96. Pertinent huc indicia ex aqua frigida, ferro candente, cruentatione, duello &c. quæ ſunt ſublata c. 22. 2. *qu.* 4. c. 2. & *fin. de purg. vulg. c.* 8. *de purg. can.* nihilque temeraria probat. c. 1. 2. *q.* 1. c. 9. 6. *q.* 1. c. 23. *d.* 86. c. 31. *de ſimon.*

§. 2. *Probabilis* præſumtio, ex veriſimilibus conjecturis provenit ratione certi ſigni. Vocari aliàs poteſt *Hominis*; hic non præſumitur pudica, quæ cum alis vitiis vagatur. *c.* 13. *h. t.* ſi lege juvatur, probationis vim habet, admittit tamen probationem in contrarium. *c.* 3. 7. *qu.* 1. *c.* 5. *de Renunc.* ſi non juvatur, probationem ſibi concordantem juvat. *c.* 11. *h. t. c. fin.* 4. *q.* 3. c. 4. 35. *q.* 6. & ſic vel juramentum purgatorium vel ſuppletorium parit. c. 3. *de procur. c* 2. *de probat. c.* 2. *de purg. can. c.* 5. & 13. *c.* 16. & *c.* 19. 2. *q.* 4. *Violenta præſumtio* eſt

ſt verisimilis probatio lege adjuta. Vocatur e-
am *juris*. ſic nudus cum nuda in lecto jacens vi-
etur fornicatus. *l.* 12. *h. t.* Hæc onus probandi
adverſarium transfert. c. 4. *de probat.* in crimi-
alibus facit indicium ad torturam. c. 14. *h. c.* 12.
qu. 1. *c.* 10 *hic*.

§. 3. *Neceſſaria præſumtio* eſt diſpoſitio legis ſu-
er quaſi præſumto. Vocatur aliàs *juris & de*
re, ſed abuſivè *præſumtio*, dum potius eſt nova
x, nec probationem admittit in contrarium, e-
empla ſunt in c. 30. x. *de Sponſal.* *c.* 7. *de deſponſ.*
npub. *c.* 6. *de cond. appoſ.* *l.* 34. C. *ad L. Jul. de adult.*
23. *C. ad Sct. Vell.* *l.* 7. *ff. de Admin. tut.* *c. afferte mihi*
h. t. Conſ. omninò Dn. Böhmer. *Diſſ. de colliſ.*
aſumt. *c.* 1. *per tot.*

TIT XXIV.
De Jurejurando.

I. JUramentum eſt religioſa alicujus rei aſſe-
veratio, in cujus majorem fidem Deus
nquam teſtis & vindex invocatur. Lauterb.
mp. jur. h. t. vid. c. Etſi Chriſtus 26. §. *Jacobus. X.*
t. Eſt maximum remedium expediendarum li-
um. *d. c.* 26

§. 2. Dividitur Juramentum variè; In genere
t vel promiſſorium, vel confirmatorium, vel aſ-
rtorium. *Promiſſorium* eſt, in quo futurum ali-
iid promittitur, eſtque vel judiciale, vel extra-
diciale; Judiciale reſpicit judicium; & hoc
æſtant Judices, Aſſeſſores. *l.* 14. *pr. aut hodiè C. de*
dic. & reliquæ perſonæ judicii. vid. Ord. Cam.
1. *tit.* 59. 62. 63. 64. 79. 77. 80. 83. 84. Pertinet
hûc

hûc quoque Juramentum reſpondendorum. Ord. Cam. c. *l. tit.* 71. Extrajudiciale reſpicit cauſas extrajudiciales vel *publicas verè*; Hinc homagium, Juramentum Vaſalliticum, domeſticitatis, aſſecurationis, confœderationis, Pacificationis, Protectionis, Clientelare &c. vel *quaſi publicas*; Hinc Juramenta tutorum & Curatorum. Ord. Cam. p. 1. tit. 76. vel *privatas*; hinc Juramentum quod in ſpecie promiſſorium dicitur, quo aliquid obligationis inducendæ gratiâ promittitur. *c.* 9. *h. t. c.* 9. *X. de Arbitr.*

§. 3. *Confirmatorium* aliquem actum ſeparatum præſupponit, illiuſque confirmandi gratiâ accedit. c. 28. *X. h. t. c. 2. de pact. in* 6. modò moribus bonis, naturalibus. *c.* 4. 5. *& ult. de pact. c.* 2. *& fin. eod. in* 6. aut publicæ utilitati, *c. 2. hic. d. c. 2. de pact. in* 6. non repugnet. *Aſſertorium* quo quis aliquid vel eſſe vel non eſſe aſſeverat. Hinc juramentum veritatis, quod præſtant teſtes in teſtimonio dicendo. *c. nuper* 51. *X. de teſtib. & Atteſt. c.* 32. *X. h. t.* Juramentum calumniæ. *t. t. X. de jur. cal.* Juramentum malitiæ. *c.* 2. *§. fin. ibique Gloſſ. de juram. cal. in* 6. *c.* 4. *de Except. c.* 55. *de teſtib. c.* 11. 20. *qu.* 5. Juramentum purgatorium. *c.* 1. *c.* 5. *c.* 3. *de purg. Canon.* Juramentum in litem. *tot. t. ff. de jur. in lit.* Juramentum expenſarum. Ord. Cam. *P.* 1. *tit.* 66. 67. Juramentum dandorum. O. C. *P.* 1. *tit.* 69. &c.

§. 4. Pertinet hûc Juramentum litisdeciſorium, quod iterum eſt vel Voluntarium, vel Judiciale vel Neceſſarium. *Voluntarium* pars parti extra judicium vel defert vel refert per modum

con-

onventionis. *l.* 17.*pr.* & *l.* 39. *ff. hoc tit. Judiciale*
ſt, quod pars parti defert in judicio, accedente
ıdicis comprobatione. *c. fin. hic. l.* 12. *§. ff. eod. Ne-
ceſſarium* eſt, quod judex cauſâ cognitâ uni par-
ıum imponit ob inopiam probationis. *l.* 3. *l.* 12. *§.*
C. de reb. Cred. Hocque iterum eſt vel *ſuppleto-
rium* vel *purgatorium. Illud* judex imponit ei,
ui ſemipleně probavit, ut per id perfecta & ple-
a fiat probatio, & cauſa dubia decidatur. *l.* 31. *ff.
e Jurejur. Hoc* autem imponit ei qui præſumtio-
ibus ad ſemiplenam probationem non ſufficien-
bus eſt gravatus, ut illas elidat, & ità cauſa du-
ia decidatur. *c. fin. §. fin. X. h. t.*

§. 5. Jurandum per Deum, non per creaturas
ıec falſos Deos c. 7. 22. *qu.* 1. c. 8. c. 9. c. 10. c. 16. 22.
u. 1. Qui ſciens per lapidem aut aliam creatu-
am, falſum jurat, perjurus eſt. c. 10. 22. *qu.* 5. Per
alſa attributa Dei, quæ ei verè non inſunt, jura-
e, eſt blaſphemia damnata. c. 2. *de maledic. c.* 10.
2. *qu.* 1.

§. 6. Debet omne juramentum tres habere
comites: Juſtitiam, Veritatem & Judicium. c. *Et
Chriſtus.* 26. *h. t. d. c.* 7. 22. *qu.* 1. *c.* 2. 22. *qu.* 2. *Juſti-
tiam* habet, ſi licitum, nec ad mortale peccatum
endit. c. 23. 22. *qu.* 4. *Veritatem* habet, cùm fal-
ùm abeſt. *Judicium*, quandò cum cauſa, delibe-
atè, non ex impetu, vel irâ, vel odio, vel nimio
ımore aut ſolâ gratiâ fit. *d. c.* 23. *c. ſacramentum* 2.
qu. 4. *c.* 12. *h. t.* c. 10. 15. *qu.* 1. Hinc juramenta à
ejunis exigenda & præſtanda ſunt. c. 16. 22. *qu.* 5.

§. 7. Omne juramentum, quod ſine detri-
mento

mento ſalutis æternæ ſervari poteſt, & ſervandum. c. 8. c. 28. *h. t.* c. 2. *eod. in* 6. c. 2. *de pact. in* 6. Et qui non ſervat, perjurus habetur. c. 17. *h. t.* c. 14. 22. *qu.* 1. Non tamen juramentum debet eſſe vinculum iniquitatis. c. 13. *X. h. t.* Hinc ſuper juramento diſpenſari poteſt. vid. *c. fin.* 22. *qu.* 1. *c.* 34. *de elect. c.* 11 22. *qu.* 4. *c.* 2. *c.* 28. *c.* 29. *c.* 15. *c.* 6. *c.* 7. *X. h t.*

§. 8. Fit autem diſpenſatio ab eo, qui poteſtatem Eccleſiaſticam habet, ut Epiſcopo, Pontifice *c. fin. de for. comp. in* 6. cauſâ cognitâ. c. 1. *&* c. 6. 1. *qu.* 7. vocatis, quorum intereſt non abſolvi Guid: Pap: *Deciſ.* 225. *&* 140. Epiſcopus tamen non de omnibus, ſed tantum de his diſpenſat, in quibus dubium eſt, an juramentum ſit licitum, necne? c. 14. *de teſt. & att. c.* 8. *c.* 15. *c.* 12. *h. t.* Pontifex verò propter plenitudinem poteſtatis de omnibus diſpenſat caſibus. Innoc. *ad c. fin. X. de Conſuet.* Gloſs. *ad* c. 6. 25. *qu.* 1.

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Licet etiam jurare per creaturas, ut per genium & ſalutem principis, per caput proprium, & filiorum &c. *l.* 3. *§. fin. l.* 33. *ff. de jurej.*

J. Can. Talia juramenta improbantur. *c.* 8. *& ſeq.* 22. *q* 1. *c.* 26. *X. h. t.*

J. Civ. Perjurus uſquequâque non eſt infamis. *l.* 22. *C. de reb. cred. l.* 2. *junct. l.* 4. *de crim. ſtellion.*

J Can. Indiſtinctè perjurus pro infami habetur *c. infamis.* 17. *qu.* 16.

J. Civ. Juramentum vi & metu extortum nullum eſt, nec opus habet abſolutione §. *fin. verſ.*

per

per vim. de pac. ten. int. ſubd. & Auth. ſacramenta. C. *ſi adv. vend.*

Can. Valet & tamdiu obligat, donec abſolutio fuerit impetrata. *c.* 2. *c.* 8. *c.* 12. *c.* 13. *c.* 15. *X. h. t.*

Civ. Mulier pro marito intercedens non obligatur, *Nov.* 134. *c.* 8. *Auth. ſi qua.* C. *ad Sctum Vellenj.* ubi duæ ampliationes & una exceptio.

Can. Mulier jurato pro marito intercedens efficaciter obligatur; Propter generalem rationem in *c. ex reſcripto. c. cum contingat. X. de jurejur. c. quamvis. de pact. in* 6.

TIT. XXV.
De Exceptionibus.

I. EXceptio *latè* accipitur pro quacunque defenſione, etiam ipſius actoris, quâ ra- ne etiam replicatio dicitur Exceptio. *l.* 2. §. 1. 22. §. 1. *ff. h. t. ſed ſtrictè* tantùm pro defenſione eorum, & in hoc ſignificatu Exceptio eſt *jus reo* npetens *ad excludendam actoris intentionem l.* 2. *pr. l.* 4. *l.* 9. *l.* 10. C. *h. t.*

§. 2. Exceptio in genere eſt vel *intentionis ſeu ti*, quando opponitur exceptio actioni ipſo jujam ſublatæ & de facto tantùm motæ v. G. Exptio ſolutionis, Compenſationis, acceptionis c. vel *juris ſeu actionis*, quando opponitur actio- in jure adhuc fundatæ. Exceptio *facti* eſt imopriè talis, quia omnis vera exceptio præſupnit actionem, *pr. J. & l* 2. *pr. ff. h. t.* quod hæc n facit; Exceptio juris verò eſt propriè talis, ia præſupponit actionem, quæ tamen ob ſpelem æquitatis rationem poteſt elidi. *l.* 9. *C. h. t.*

§. 3.

§. 3. Sunt porrò Exceptiones vel *dilatoriæ* vel *peremtoriæ*. *Dilatoriæ* quæ rem & actionem non tollunt, ſed eam tantummodò differunt, unde vocantur etiam *temporales in* §. 8. & 10. *J. h. t. Peremtoriæ*, quæ in totum jus & agentis intentionem perimunt, vocantur etiam *perpetuæ* in §. 9. *J. eod.* ratione ſcil. effectus. Hæ tamen ſunt vel *ſimpliciter peremtoriæ*, vel *litis ingreſſum impedientes*; Illæ litis ingreſſum non impediunt, Hæ, (quæ etiam vocantur litis finitæ) impediunt, & adverſus agentem omni tempore *c.* 1. *de Lit. cont. in* 6. vel ipſo judicii limine c. 2. 3. *qu.* 6. opponi poſſunt, quales ſunt: *Jurisjurandi*, *Tranſactionis*, & *rei judicatæ* Exceptiones.

§. 4. Opponi debent exceptiones dilatoriæ *regulariter* ante litem conteſtatam. *l* 13. *l.* 24. *C. de Procur. l.* 16. *C. de judic. l. pen.* & *ult. C. h. t. c. paſtoralis.* 4. *X. h. t. c.* 20. *X. de ſent.* & *re judic.* Niſi (1) Judicium retrò reddant nullum uti exceptio falſi procuratoris. *l. licet* 24. *C. de procur.* (2) poſt lit. conteſt. de novo emergant v. G. ſi fiat Judex ſuſpectus (3) Gravamen contineant ſucceſſivum v. G. ſi locus ſit non tutus &c. (4) ſi poſt L. C. demum in notitiam rei veniant. *c. paſtoralis* 4. *X. h. t.* Moribus Germanicis placuit ut exceptiones dilatoriæ omnes ſimul & ſemel in uno termino proponantur, iiſque eventualis litis conteſtatio unâ ſubjiciatur. Ord. Cam. *P.* 3. *tit.* 24. In declinatoriâ fori tamen reus ante hujus diſcuſſionem litem conteſtari non tenetur per Receſſ. Imp. de *anno* 1654. §. 40.

§. 5.

§. 5. Exceptiones autem peremtoriæ *ſimplici-*
tales regulariter in ipſa litis conteſtatione vel
t litem conteſtatam uſque ad concluſionem
:auſa opponendæ ſunt, *l*. 4. 8. & 9. C. *h. t. l*. 9.
le præſcript. long. temp. Moribus noſtris inva-
, ut omnes exceptiones peremtoriæ ſimul &
junctim in uno termino proponantur, & ipſi
conteſtationi præcisè adnectantur per Rec.
). *de anno* 1654. §. 37. Niſi exceptio talis ſit, quæ
:gram planè actionem tollat, vel poſt termi-
n demum competere incipiat, vel antea igno-
ı fuerit, idque reus jurato obtinuerit. Ord.
n. *P*. 3. *tit*. 27.

DIFFER. JUR. UTR.

Civ. Exceptio nonnumeratæ pecuniæ intra bien-
nium tantùm, à tempore dati chirographi,
poteſt opponi. *l*. 8. *l*. 14. *in pr. C. de non num. pec.*
it. J. de lit. obl.

Can. Etiam poſt biennium excludi poteſt cre-
ditor per exceptionem non numeratæ pecu-
niæ; Talis enim creditor vix poteſt eſſe ſine
mala fide arg. *c. fin. X. de præſcr.* c. *locupletem, de
R. J. in* 6. At malæ fidei poſſeſſor jure Canon.
nullo tempore præſcribit. *c. poſſeſſor, de R. J. in*
6. *Dyn. in d. c. locupletari.*

TIT. XXVI.
De Præſcriptionibus.

I. PRæſcriptio eſt adjectio Dominii per con-
tinuationem poſſeſſionis temporis lege
finiti *l*. 3. *ff. de uſucap.* Requiruntur ad præſcri-
ptionem perficiendam quinque: 1. Bona fides 2.

H Juſtus

§. 3. Sunt porrò Exceptiones vel *dilatoriæ* vel *peremtoriæ*. *Dilatoriæ* quæ rem & actionem non tollunt, ſed eam tantummodò differunt, unde vocantur etiam *temporales in* §. 8. & 10. *J. h. t. Peremtoriæ*, quæ in totum jus & agentis intentionem perimunt, vocantur etiam *perpetuæ* in §. 9. *J. eod.* ratione ſcil. effectus. Hæ tamen ſunt vel *ſimpliciter peremtoriæ*, vel *litis ingreſſum impedientes*; Illæ litis ingreſſum non impediunt, Hæ, (quæ etiam vocantur litis finitæ) impediunt, & adverſus agentem omni tempore *c.* 1. *de Lit. cont. in* 6. vel ipſo judicii limine c. 2. 3. *qu.* 6. opponi poſſunt, quales ſunt: *Jurisjurandi*, *Tranſactionis*, & *rei judicatæ* Exceptiones.

§. 4. Opponi debent exceptiones dilatoriæ *regulariter* ante litem conteſtatam. *l* 13. *l.* 24. *C. de Procur. l.* 16. *C. de judic. l. pen. & ult. C. h. t. c. paſtoralis.* 4. *X. h. t. c.* 20. *X. de ſent. & re judic.* Niſi (1) Judicium retrò reddant nullum uti exceptio falſi procuratoris. *l. licet* 24. *C. de procur.* (2) poſt lit. conteſt. de novo emergant v. G. ſi fiat Judex ſuſpectus (3) Gravamen contineant ſucceſſivum v. G. ſi locus ſit non tutus &c. (4) ſi poſt L. C. demum in notitiam rei veniant. *c. paſtoralis* 4. *X. h. t.* Moribus Germanicis placuit ut exceptiones dilatoriæ omnes ſimul & ſemel in uno termino proponantur, iiſque eventualis litis conteſtatio unâ ſubjiciatur. Ord. Cam. *P.* 3. *tit.* 24. In declinatoriâ fori tamen reus ante hujus diſcuſſionem litem conteſtari non tenetur per Receſſ. Imp. de anno 1654. §. 40.

§. 5. Exceptiones autem peremtoriæ *ſimpliciter tales* regulariter in ipſa litis conteſtatione vel poſt litem conteſtatam uſque ad concluſionem in cauſa opponendæ ſunt. *l.* 4. §. & 9. C. *h. t. l.* 9. C. *de præſcript. long. temp.* Moribus noſtris invaluit, ut omnes exceptiones peremtoriæ ſimul & conjunctim in uno termino proponantur, & ipſi litis conteſtationi præciſè adnectantur per Rec. Imp. *de anno* 1654. §. 37. Niſi exceptio talis ſit, quæ integram planè actionem tollat, vel poſt terminum demum competere incipiat, vel antea ignorata fuerit, idque reus jurato obtinuerit. Ord. Cam. *P.* 3. *tit.* 27.

DIFFER. JUR. UTR.

J. *Civ.* Exceptio nonnumeratæ pecuniæ intra biennium tantùm, à tempore dati chirographi, poteſt opponi. *l.* 8. *l.* 14. *in pr. C. de non num. pec. tit. J. de lit. obl.*

J. Can. Etiam poſt biennium excludi poteſt creditor per exceptionem non numeratæ pecuniæ; Talis enim creditor vix poteſt eſſe ſine mala fide arg. *c. fin. X. de præſcr.* c. *locupletem. de R. J. in* 6. At malæ fidei poſſeſſor jure Canon. nullo tempore præſcribit. *c. poſſeſſor. de R. J. in* 6. *Dyn. in d. c. locupletari.*

TIT. XXVI.
De Præſcriptionibus.

§. I. Præſcriptio eſt adjectio Dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti *l.* 3. *ff. de uſucap.* Requiruntur ad præſcriptionem perficiendam quinque: 1. Bona fides 2.

 Juſtus

Juſtus titulus. 3. Res non vitioſa. 4. Poſſeſſio continua. 5. Res tradita. *Bona fides* eſt credulitas, quâ quis putat tradentem eſſe dominum vel jus diſtrahendi habere, inquit Gloſs. *ad c.* 17. *h. t. Juſtus titulus* eſt Titulus ad dominium transferendum habilis. *Titulus* verò, eſt juſta poſſidendi, quod noſtrum eſt, cauſa. Gloſs. *cit. l. Res vitioſa* in ſpecie eſt furtiva & vi poſſeſſa. Addunt tamen aliqui omnes res extra commercium. *Poſſeſſio continua* eſt non interrupta. Præſcriptio enim interrupta ad nihilum reducitur, & de novo eſt inchoanda. Dd. ad *c ex tranſmiſſa* 10. *h. t.* Interrumpitur veró poſſeſſio vel naturaliter, quando poſſeſſor poſſidere deſiit, vel civiliter, per citationem ſolennem &c. *l.* 26 *C. de rei Vind. Res tradita* dat initium & originem præſcriptioni, quamvis traditio ſequatur naturam tituli.

§. 2. Bona fides per totum tempus præſcriptionis neceſſaria eſt. *c. ult. h. t. c.* 2. *de R. J. in* 6. Malæ fidei poſſeſſor nulló unquam tempore præſcribit *d. c.* 2. c. 17. c. 19, *h. t.* Nec res extra commercium præſcribi poteſt, cùm nec poſſideri poſſit, Præſcriptio verò abſque poſſeſſione non inducitur. c. 3. *de R.* J. *in* 6. Hinc publicæ functiones, Eccleſiæ, res publicæ, primitiæ, decimationes non à laicis, omninò clericis. c. 7. *h. t.* c. *antep.* §. *quodſi.* 16. *qu.* 3. Nec exemtio ab obedientia ſuperioris. c. 12. *h. t* Jus viſitandi & procurationes exigendi à ſubditis, benè ab alio prælato. c. 16. *X. h. t.* nec limites Diœceſium & Parochiarum ſi de iis conſtat c. 9. *X. h. t.* Procurationes, quæ debentur

bentur legatis & nunciis Apoſtolicis. c. 11. x. *h. t.* Jura Epiſcopalia autem præſcriptioni ſubjacent, tantùm tamen præſcriptum, quantum poſſeſſum. c. 18. x. *h. t.*

§. 3. Tempus in præſcriptione pro varietate materiarum eſt circumſcriptum. Sic quædam eſt præſcriptio *triennalis* in rebus mobilibus, quæ vocatur in ſpecie Uſucapio §. 1. J. *de Uſuc.* quædam *Decennii* uti in rebus immobilibus & incorporalibus, inter præſentes, quædam *vicennii* inter abſentes. *tot tit. C. de long. temp. præſcr. cit.* §. 1. *l. pen.* C. *de Uſufr. l. pen. C. de ſervit.* quædam annorum *triginta*, cùm quis ſine titulo longiſſimâ poſſeſſione rem adipiſcitur. 8. *& t. t. C. de præſcr.* 30. *ann.* quædam *quadraginta* annorum, ut in rebus Eccleſiæ præſcribendis. *Auth. quas actiones C. de SS. Eccl. c.* 4. *c.* 6. *c.* 7. *h. t.* quædam *centenaria* aut tanti temporis, ut de ejus initio non extet memoria, ut in rebus Eccleſiæ Romanæ aut regalibus *c.* 13. *ſeqq. hic. Nov.* 10. *c.* 26. *de Verb. ſignif. ibique Dd.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. In præſcriptione longiſſimi temporis & immemoriali non requiritur bona fides. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 7. *C. de præſcr.* 30. *vel* 40. *ann.*

J. Can. Secus eſt. *c. poſſeſſor. de R. J. in* 6. *c. ult. pen. de præſc.*

J. Civ. Ab initio præſcriptionis ſufficit adeſſe bonam fidem *l. ſi aliena.* 10. *pr. h. t.*

J. Can. Per omne tempus præſcriptionis bona fides eſt neceſſaria *d. c. poſſeſſor. d. c. fin.*

J. Civ. Statim poſt alienationem vivo adhuc Præ-

lato præſcriptio contra Eccleſiam incipere poteſt. *Arg Auth. quas actiones. C. de SS. Eccl. junct. Nov.* 131. 6.

J. Can. A morte demum Prælati initium capit. c. 10. 16. *qu.* 3.

J. Civ. Datur poſtliminio reverſis & reip. cauſa abſentibus actio reſciſſoria ad quadriennium à tempore reverſionis. *l. fin. C. de int. reſt.* §. 5. J. *de action.*

J. Can. Tales ipſo jure ſunt tuti & Reſtitutione opus non habet. *c.* 13. 16. *qu.* 3.

TIT XXVII.
De ſententiâ & re judicatâ.

§. I. SEntentia eſt pronnnciatio judicis ſuper cauſa controverſa. Res judicata eſt effectus ſententiæ jam à litigantibus expreſsè vel tacitè approbatæ. Eſt verò ſententia alia *interlocutoria* alia *definitiva. Illa* eſt, quæ non ſuper tota cauſa, ſed ſuper puncto aliquo incidenti profertur. *c.* 49. *X. de Appell. c.* 36. *de teſtib. & atteſt. c. cum olim. de off. jud. del.* eſt ratione cauſæ principalis interlocutoria, ratione negotii emergentis verò definitiva. Felin. *ad rub. h. n.* 2. *Hæc* eſt, quæ cauſæ principali omninò finem imponit per condemnationem aut abſolutionem *c.* 2. *h. t. c.* 70. 11. *qu.* 3. Interlocutoria eſt vel *mera*, vel *mixta. Mera* gravamen nullum continet, *mixta* habet vim definitivæ, vel damnum irreparabilie continet. Ord. Cam. *P.* 2. *tit.* 17. §. *fin.* A mera appellari nequit, benè tamen à mixta, ſicuti Jus Can. hoc caſu

Conc. Trid. *Seſſ.* 13. *de Reform. c.* 1. *& ſeſſ.* 24. *de Ref. c.* 20. emendavit.

§. 2. Requiritur ad ſententiam, ut feratur à Judice competente *l.* 2. *C. ſi non à comp jud.* ſi plures ſunt, omnes adeſſe debent. *l.* 37. *l.* 39. *ff. h. t.* niſi quis per contumaciam abſens ſit, tunc enim valet ſententia præſentium. c. 21. *de off. jud. del.* Inter Diſſentientes plurima vota concludunt. *l.* 36. *ff. h. t.* Debet ſententia conformis eſſe *legibus & actis, pr.* J. *de off. jud.* Circa leges dubias judex inprimis præ oculis habere debet æquitatem *l.* 18. *C. de jud.* Jus receptum & conſuetudines loci *l.* 13. *C. h. t.* circa acta, probata & deducta diligenter excutiat, & defectum eorum quæ juris ſunt, ſuppleat. *l. un. C. ut quæ deſ. advoc.* Hinc ſententia debet eſſe conformis libello. *c.* 31. *de ſim. l.* 1. *&* 2. *C. ſi à non comp. jud. c.* 24. *de Accuſ. c.* 10. *de offic. del.*

§. 3. Debent partes ad publicationem ſententiæ citari *c.* 1. *de cauſ. poſſ. & propr.* & judex in dicenda ſententia attendere debet, ut non ad acclamationes populi c. 3. *de Conſu.* ſed ſervato juris ordine *c.* 19. *h. t.* & in ſcriptis *c. fin. hic.* ſedens *d. c. fin. & in* 6. certam. *l.* 58. *ff. h. t.* libello *c.* 1. 2. *de libell. oblat.* aut conventis conformem. *c.* 2. *de pact. l.* 26 *ff. de judic.* die juridica, c. 1. *de feriis.* in loco conſtituto *c. fin. de reſcript.* publice. *l.* 24. *ff. de offic. jud. deleg.* pure non ſub conditione c. 2. 2. *qu.* 6. ſecundum allegata & probata. c. 2. *de off. jud. ord.* &c. ſententiam proferat.

§. 4. Sententia rectè lata, poſt decem dies, ſi per remedium non fuit ſuſpenſa, tranſit in rem judicatam. *c.* 15. *X. h. t.* & tunc executio differri

 non

non debet. c. 3. 2. *qu.* 1. Aliter verò executio fit in perſonali, aliter in reali actione. In *reali* ſtatim facienda poſt decendium. c. 18. *h. t. c.* 32. *de elect. c.* 36. *de teſt. & atteſt.* In *perſonali*, non niſi poſt emenſa quatuor menſium ſpatia. c. 26. *de offic. jud. del.* quod tempus tamen conſideratis circumſtantiis arctari extendique poteſt. *l.* 2. *ff. de re judic.* Quomodo Judex ſecularis executionem faciat. vid. *l.* 15. *ff. de re jud. l.* 68. *ff. de rei vind.* quomodo judex Eccleſiaſticus, vid. *c.* 10. *X. de jud.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Sententia in procuratorem, cum quo judicium peractum eſt; neceſſariò ferenda eſt, lata verò in dominum ſeu principalem, qui non fuerat in judicio, non valet, ſed ipſo jure nulla eſt *l.* 1. *C. de ſent. & interlocut.*

J. Can. Hoc non attendi, ſed indiſtinctè valere ſententiam, communiter tradunt Decretiſtæ, *in c. ſuſcitata, verb. Monaſterium. X. de in integr. reſtit.*

TIT. XXVIII.

De Appellationibus, Recuſationibus & Relationibus.

§. I. APpellatio eſt legitima ab inferiore Judice ad ſuperiorem ratione gravaminis facta provocatio c. 1. c. 28. 2. *qu.* 6. Eſtque vel *judicialis* vel *extrajudicialis*. *Hæc* eſt, quæ extra judicium ad ſuperiorem vel ab *inſtanti gravamine* v. G. alteri beneficium in præjudicium meum eſt collatum. c. 8. *h. t. in* 6. vel à *futuro gravamine* v. gr. ne fiat electio, poſtulatio, beneficii collatio, c. 51. *h. t.* Hoc enim jure à quocunque gravamine

etiam extrajudicli rectè appellatur c. 3. c. 12. *h. t. c. 8. eod. in* 6. c. 18. 2. *qu.* 6. Conſideratur tamen judicialis appellatio dupliciter: *Primò* quando non à judice appellatur ſed à parte extrajudicium, & ità nihil aliud eſt, quam ad cauſam provocatio. c. 5. *X. h. t.* Panorm. *ad c. dilecti filii eod. n.* 4. ut non tàm appellario quam provocatio ſit appellanda *d. c.* 5. *Secundò* quando à judice procedente extrajudicialiter appellatur. Philipp. Franc. *in c.* 51. *X. h. t.*

§. 2. *Illa* ſive *judicialis* eſt, quæ in judicio, de his quæ in illo fiunt gravatoriè, ab inferiore judice gradatim ad majorem interponitur. c. 34. c. 36. *X. de Reſcript. d. c.* 5. *& d. c.* 12. *X. h. t.* Gravamen multiplex eſſe poteſt, & tam ante quam poſt ſententiam definitivam exiſtere, imò ab ipſa executione appellari poteſt, ſi modus in ea excedatur. *l.* 4. *ff. h. t. c.* 15. *X. de ſent. & re jud.* Appellare poſſunt ſive ſuo ſive alieno nomine, omnes, quorum intereſt. c. 30. c 28. c. 3. 2 *qu.* 6. c. 59. *h. t.* c. 69. *eod.* c. 70. *eod.* niſi prohibeantur, ut condemnati ob contumaciam veram *l.* 3. §. *f. ff. h. t. l.* 53. *ff. de re jud. c.* 18. *de haret. in* 6. ob manifeſtum crimen. c. 5. c. 13. *h. t. l.* 2. *C. quor. App. non rec. l.* 6. *ff. h. t.* qui ſe à judice non appellaturum juravit c. 21. *h. t. ibique Gloſ.* qui ſententiam quoquo modo approbavit. c. 20. *de off. jud. del.* qui adverſarii appellationi in eâdem cauſa non detulit. c. 23. c. 42. *h. t.* c. 36. *de elect. c. fin. de imm. Eccl.*

§. 3. Fieri debet Appellatio *Illicò* à ſententia lata aut gravamine impoſito. *c. poſt appellationem* §. *forma.* 2. *qu.* 6. *l.* 14. *C. l.* 25. *ff. h. t.* vel intra tempus à jure conſtitutum, id eſt, hodiè decendium,

Nov. 23. §. 1. *Auth. Hodie.* C. *h. t. c.* 8. *h. t. in* 6. *c. biduum.* §. *quod autem. c. anteriorum.* 2. *qu.* 6. à tempore illati gravaminis de momento in momento computatum. *d. Auth. Hodie. c.* 15. *de ſent. & re jud.* Appellatione ritè interpoſita appellans Apoſtolos inſtanter & ſæpius uno contextu. Clem. *quamvis h. t.* intra triginta dies continuos. *Gloſſ. ad c. non ſolum. verb. dicendum. hic in* 6. à lata ſententia numerandos. Gloſs. *ad c. ab eo. de Appell. in* 6. petere debet, alioquin appellationi renunciaſſe cenſetur. *d. c. ab eo. Clem.* 2. *eod. l.* 24. C. *eod.* A denegatione Apoſtolorum iterum appellari debet. Zarabell. *ad Clem.* 1. *col.* 3. *de dol. & cont.* Apoſtolis conceſſis Appellato appellatio inſinuari debet. *Clem.* 1. *h. t Clem. cauſam. de Elect.* & judici ad quem intra certum terminum præfixum præſentari. *c. ſi verò vocatis* §. *quod ſi objiciant h. t. in* 6. Judici à quo inſinuantur compulſoriales & inhibitio. *l. præſes.* C. *h. t. t. t.* X *hic.*

§. 4 Recuſatio eſt jurisdictionis vel audientiæ, causâ ſuſpicionis propoſitâ, declinatio. *c. quod ſuſpecti* 9. *qu.* 5. *c. ſuſpicionis. de offic. deleg.* Recuſari poteſt tàm ordinarius judex *c. ſi quis contra.* X. *de for. comp. c. placuit.* 2. *qu.* 6. *c. pervenit.* 11. *qu.* 1. quam delegatus *d. c. ſuſpicionis. c. inſinuantem. de off. deleg.* Proponi poteſt recuſatio in quacunque litis parte, ſi tunc demum ſuſpicionis cauſa oriatur *d. c. inſinuantem.* Etiam poſt concluſionem in cauſa, præſtito tamen à recuſante juramento, eam de novo ad ejus notitiam perveniſſe. *c. paſtoralis. de Except.* Fieri debet ſcripto, quia interlocutoriæ, à qua in

ſcriptis.

ſcriptis appellandum, comparatur. *Angel. Fulgoſ. Salic. in l. fin. C. de judic.* juſtam ſuſpicionis cauſam poſtea probandam, continere debet. c. 61. *hic.* c. 18. *de judic.* qua probatâ, debet judex recuſatus abſtinere. c. *cum te. de off. del. c. pervenit.* 11. *qu.* 1. c. *placuit.* 2. *qu.* 6.

§. 5. Relatio eſt judicis competentis de jure ob difficultatem vel ejus ambiguitatem *l.* 1. *&* 2. *C. de dilat.* dubitantis ad principem miſſa conſultatio c. 68. *h. t.* c. *ſi quid in Eccleſia.* 2. *qu.* 7. eſt à Juſtiniano prohibita *Nov.* 135. c. 1. Verum Pontifex Gregor. IX. Conſtantini Magni conſtitutionem in *l.* 1. *C. de relat.* revocavit, & quidem, quod curiæ Romanæ & honeſtum hoc & utile videretur; quod aliorum principum curiæ ſecutæ ſunt, ut adeò hodiè relationes de jure & facto licitæ ſint. Schilt. *Ex. ad ff.* 1. *th.* 18. Fieri tamen debet dubitationum articulis, & juribus, quæ judicem dubium tenent, inſertis. Specul. *tit. de relat.* §. *qualiter.* cujus exemplum partibus edi debet, quo rationes ſuas refutatorias principi offerre poſſint. *c. cum inter. X. de elect.* Relatione pendente quæ innovantur, irrita ſunt. *c. licet de off. deleg. c. bonæ de poſtul. præl. c. nomen* 2. *qu.* 1. *c. denique* 6. *qu.* 3.

DIFF. JUR. UTR.

J. Civ. Quibus caſibus ab interlocutoria fieri poteſt appellatio, perinde ut à definitiva; vel ſcripto vel vivâ voce eſt inſtituenda *l.* 1. §. *fin. l.* 2. *h. t.*

J. Can. Indiſtinctè ſcriptis eſt appellandum, quibus cauſæ appellationis idoneæ exprimi debent. *c.* 1. *c.* 9. *de App. in* 6.

J. Civ. In cauſa momentaneæ poſſeſſionis appellatio non valet. *l. un.* C. *ſi de mom. poſſ. fuer. app.*

J. Can. Secus eſt. *Clem. un. de cauſ. poſſ. & fruct.* c. 10. c. 15. *X. de reſt. ſpol. c.* 36. *X. de teſtib. c.* 1. *in fin. X. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.*

J. *Civ.* Non appellatur ad delegantem, ſed ad delegantis ſuperiorem. *l.* 1. §. *fin. h. t.*

J. *Can.* Diſtinguitur inter eum, cui ſpecies aliqua cauſæ vel jurisdictionis & eum cui tota cauſa ſive jurisdictio mandata eſt; priori caſu ad delegantem rectè appellatur. *c.* 14. *de off. jud. del. in* 6. poſteriori ad ſuperiorem. *c.* 2. §. *porrò X. de off. del*

J. *Civ.* Ordine & gradatim ab inferiore ad ſuperiorem judicem fieri debet appellatio *l.* 21. *de Appell.*

J. *Can.* Omiſſis intermediis & proximis judicibus licet ad Papam appellare. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. *ſeqq.* 2. *qu.* 6. c. 7. c. 54. *X. de Appell.*

J. *Civ.* Judex à quo nihil poteſt ſtatuere in præjudicium cognitionis futuræ in ſecunda inſtantia *tot. tit. nih. innov. Appell. interp.*

J. *Can.* Poteſt Judex à quo præfigere appellanti terminum proſequendæ appellationis, intra quem ad judicem ad quem ſe conferat, & certiorem Judicem à quo faciat de prædictis. c. 5. c. 26. *X. de Appell.*

J. *Civ.* Is qui appellavit in una cauſa à judice, cogitur coram eodem experiri de aliis, ſi quas habet, nec poteſt eum hoc obtentu, tanquam offenſum declinare. *l. un. ap. cum æquo.*

J. Can.

J. *Can.* Poteſt eum velut ſuſpectum recuſare, quamdiu pendet illa appellatio. c. 6. c. 24. *X. h. t.* Niſi is qui provocavit, poſt provocationem enorme & manifeſtum aliquod crimen perpetraverit. *c.* 22. *c.* 24. *eod.*

TIT. XXIX.

De Clericis peregrinantibus.

§. I. APpellat tacitè qui iter ad Pontificem ingreditur *c.* 9. *&* 52. *X. de Appell.* Atque de hoc modo agitur in hoc titulo, adeóque contra peregrinantem ad ſedem Apoſtolicam nihil eſt innovandum. Et id non ſolum pertinet ad eum qui appellationis cauſa ad ſedem Apoſtolicam peregrinatur, aut qui publicè aſſumit ſigna peregrinationis, ſed ad quemlibet, qui ex quacunque cauſa Pontificem accedit, tàm ratione attentatorum extrajudicialium quam judicialium, niſi in illis, in quibus prius debuiſſet de jure providere v. G. Vicario de congrua ſuſtentatione. Hoſt. *in. ſumm. h. t.* Wagn. *ad c. un. h. t.*

§. 2. Ut tamen tale iter habeat effectum Appellationis, requiritur (1) ut peregrinatio intra X. dies à tempore gravaminis inſtituatur (2) ut fuerit intimata judicii vel parti. Vallenſ. *h. t. n.* 2.

TIT. XXX.

De Confirmatione utili vel inutili.

§. I. AGitur hic non ſolum de confirmatione ſententiæ, ſed etiam de confirmatione poſſeſſionis, privilegiorum, officiorum, contractuum, &c. Eſt autem confirmatio *utilis*, quæ

ca-

canonicè peragitur, & fit vel à lege, quando v. g. propter lapſum fatalium ſententia prior confirmatur & appellatio habetur deſerta. *Clem. 3. de Appell.* vel à judice, eòque aut ſuperiore, & tunc confirmatum firmum manet, nec per inferiorem mutari poteſt niſi ex mandato Pontificis c. 1. c. 2. *h. t.* aut inferiore. Si ſuper confirmata re lis oriatur, pertinet ejus cognitio ad confirmantem ejusque delegatum. *c. 1. c. 2. h. t.*

§. 2. Confirmatio inutilis eſt, quæ contra juris formam impetratur, vel per obreptionem, vel per ſubreptionem. *vid. c. 3. c. 5. c. 6. c. 7. h. t.* Et licet non ſtatim ſit ipſo jure nulla, per exceptionem tamen eliditur, ut effectu careat.

FINIS LIBRI II.

LIBER

LIBER III. DECRETAL.

TIT. I.

De Vita & Honeſtate Clericorum.

§. I.

CLerici vitæ honeſtate præ cæteris debent præcellere. Eſt autem *vita honeſtas* conformatio actionum ad arripiendas virtutes & fugienda vitia. Venat. *in Analyſ. h. t.* Eſtque vel *interna*, quæ eſt animi probitas, qua præditi cupiunt ex juris & virtutum præſcripto vivere, vel *externa*, quæ in externis ſecundum virtutem actionibus conſiſtit. J. Pac. *Iſag. hic.*

§. 2. Utramque obſervare Clerici debent. Hinc certas de eorum officiis & negotiis, habitu & veſtitu, moribus & vitâ, regulas jus noſtrum tradit. *Quoad officia & negotia*, ne commercia ſecularia, ut mercaturam. c. 6. *ne cler. vel monach.* procurationem laicorum. *c. 2. eod.* tabellionatum *c. 8. eod.* chirurgiam, quæ inuſtionem vel inciſionem inducit c. 9. *eod.* exerceant. Ne mimis, hiſtrionibus intendant. *c. clerici* 15. *h. t.* Ne quicquam, quod ad vindictam ſanguinis tendit, exerceant. *d. c.* 9. Ne ſylvaticas venationes cum canibus, accipitribus, falconibus habeant. *c. omnibus. de cler. venat.* Ne juri civili operam dent, niſi, ut facilius Jus Canonicum intelligant. *c. fin. ne cler. vel mon.* &c.

§. 3

§. 3. *Quoad habitum & veſtitum*, ut veſtimenta, quæ clericorum uſui ſunt, in formâ præfinita ſervent *c.* 15. *X. h. t.* Ne comam vel barbam nutriant. *cit. c.* 15. & *c.* 4. *eod.* Ne veſtibus vel calceamentis decorum quærant. *c. fin. diſt.* 41. aliàs puniuntur juxta præſcriptum in *Clem. fin. h. t.*

§. 4. *Quoad vitam & mores*, Ne concubinas habeant, *c.* 6. *diſt.* 32. *ibique Gloſ.* ſed extra matrimonium caſtitatem. *c.* 1. *diſt.* 27. vel in matrimonio, ſi ſint orientales. c. 13. *h. t.* ſervent, ut & modum in cibo & potu. *diſt.* 35. *per tot.* Ne ſint ebrietati dediti. *dict. diſt.* ne alios ad bibendum incitent c. 14. *h. t.* Ne bibendi vel edendi cauſa tabernas, niſi peregrinentur, intrent. c. 15. *eod.* c. 4 *diſt.* 44. Ne aleis ludant, nec aleatoribus interſint *d. c.* 15. *h. t.* Ut ab avaritia maximè ſint alieni. *c. clerici.* 23 *qu.* 8. &c.

§. 5. Prælatus inſuper debet populum converſatione & innocentia præcellere. *c.* 3. *diſt.* 25. in corrigendis Clericis & Laicis magis caritatem quam poteſtatem exercere, diſſidentes ad pacem magis, quam ad judicium compellere. c. 4. *diſt.* 45. orationi & prædicationi inſiſtere. *tot. diſt.* 36. hoſpes & liberalis eſſe *diſt.* 42. *per tot.* Sobrius prudens & peritus eſſe *tot. diſt.* 42. Secularibus negotiis ſe non immiſcere c. 2. 21. *qu.* 3.

TIT. II.

De Cohabitatione Clericorum.

§. I. AD honeſtatem vitæ Clericorum pertinet quoque, ut ſeorſim à mulieribus habitent, aliàs ſi moniti tertiâ vice à ſuſpectarum mu-

mulierum conſortio non deſiſtant, excommunicatione puniuntur, fœminæ verò canonicè judicantur. c. 1. & 2. *h. t.* i. e. in monaſterium detruduntur. Gloſs. *ad cit.* c. 2.

§. 2. Procedit verò hæc prohibitio in fæminis extraneis. Nam matrem, ſororem, amitam, neptem, in quibus naturale fœdus nihil permittit ſævi criminis ſuſpicari, domi habere poſſunt. c. 9. *h. t.* c. 16. *diſt.* 32. Niſi ſecum ancillas & pediſſequas ducant. c. 1. *eod.* Ratio prohibitionis quoque ceſſat in fœminis provectioris ætatis & matronis honeſtis. Dd. *ad* c. 1. *h. t.*

TIT. III.

De Clericis conjugatis.

§. 1. Clerici majorum ordinum, ob ſolenne votum caſtitatis, matrimonium contrahere nequeunt; Et ſi faciunt, matrimonium contrahendo nihil agunt, unde pœnitentiâ peractâ ad beneficium & officium reſtitui poſſunt. c. 1. *h. t.* Vel de jure ſtricto ad ordinem conjugati non promoventur, aufferuntur ipſis beneficia Clericorum, fiuntque ipſo facto irregulares c. 2. c. 3. 4. 5. 8. 9. Imò pro excommunicatis, & ſuſpectis habentur de hæreſi, pœnam ſtupri incurrunt. Conc. Trid. *Seſſ.* 25. *de Refor.* c. 14. Vall. *h. t.* §. 1. *n.* 5.

§. 2. Clerici minorum ordinum matrimonium contrahere poſſunt, ità tamen, ut hoc ipſo omnibus beneficiis Eccleſiaſticis priventur. c. 1. *h. t.* Et quidem ipſo jure abſque ſententia judicis, ſecus ac in clericis majorum ordinum. Engel. *h. t.*

n. 1.

n. 1. *&* 2. Si tamen Clerici cœlibes ad officia minorum ordinum haberi nequeant, aſſumi quoque poſſunt conjugati probatæ vitæ, dummodo non ſint bigami. Conc. Trid. *Seſ.* 23. *de ref. c.* 17. Licet quoque Clericus conjugatus non poſſit habere beneficium Eccleſiaſticum in titulum beneficii, poteſt tamen habere ratione ſtipendii vel penſionis ob miniſterium Eccleſiaſticum. Sanchez. de matr. *l.* 2. *diſp.* 44. Wagn. *ad c* 2. *h. t.* Retinet tamen Clericus conjugatus *privilegium canonis in c. ſi quis ſuadente diabolo* 29. 17. *qu.* 4. & privilegium fori. *in* c. 2. *X. de for. comp.* vid. *c. un. h. t. in* 6. Conc. Trid. *cit. Seſ.* 23. c. 17.

TIT. IV.

De Clericis non reſidentibus in Eccleſia vel Præbenda.

§. I. CLerici in ſua Eccleſia vel Præbenda reſidere debent, ut ei per ſe inſervire poſſint *c.* 3. *X. de præbend. c.* 30. §. 1. *h. t.* Imò etiam Epiſcopi & Cardinales *c.* 1. *&* 2. *eod.* Si neſciantur ubi degant, edictis publicis citari queunt. c. 11. *eod.* Declarat reſidentiam Concilium Tridentinum *Seſ.* 6. *de Ref. c.* 1. *& ſeſ.* 23. *de ref. c.* 1. ità: (1) Epiſcopi ex æqua cauſa per duos aut tres menſes abſque licentia à ſua Diœceſi abeſſe poſſunt, modo in feſtis ſolennioribus præſentes ſint; ſi verò per longius tempus abeſſe volunt, debent cauſam abſentiæ Pontifici, vel Archi-Epiſcopo, vel ſeniori Suffraganeo ſignificare, & approbationem in ſcriptis impetrare; Quodſi Epiſcopus

ſcopus abſque licentia ultra ſex menſes abſuerit, pro rata temporis fructus amittit, ſi ultra ſex menſes, tunc quartam partem redituum unius anni, ſi per alios ſex menſes, reliquam partem, ſicque dimidiam partem unius anni amittit. Creſcente contumaciâ locus eſt interdicto.

§. 2. (2) Abbates aliique Prælati Epiſcopi inferiores ſine licentia ſuperioris, cui ſubſunt, ad longius tempus diſcedere nequeunt, quam licentia permittit; Amiſſio tamen fructuum in Abbatibus non reſidentibus locum habere nequit (3) Parochi verò curati inferiores, qui ſcilicet curam animarum in parochiis gerunt, quàm maxime ad reſidentiam tenentur, nec ſemper, licet præſentes ſint, actus miniſterii per ſuos Capellanos ſive Vicarios exercere poſſunt. *c.* 4. *h. t.* ſi ergo abeſſe volunt & Capellanis deſtituantur, cauſa prius per Epiſcopum cognoſci & interim Vicarius conſtitui debet. Vid. Engel. *h. t. n.* 5. *ſeqq.*

§. 3. (4) Poſſidentes ſimplicia beneficia curam animarum adjunctam non habentia, de jure quidem perſonaliter reſidere debent. *c. fin. de reſcript. in* 6. de conſuetudine autem poſſunt officium per ſubſtitutum peragere V. G. Miſſam in capella certa legere. (5) Canonici Eccleſiarum Cathedralium poſſunt abſque ulla cauſa per tres menſes abeſſe ſecus ac ipſi Epiſcopi, ſi quis verò in duabus, præviâ diſpenſatione vid. *c.* 13. *ſeq. c.* 18. *c.* 28. *X. de præb. & dign. c.* 5. *eod.* Eccleſiis Cathedralibus habeat canonicatus, attendi debent particularia locorum ſtatuta.

§. 4. Excipiuntur à reſidentia qui habent beneficium à latere, ſive familiares ſummi Pontificis *c.*14. *h. t.* qui ſunt in ſervitio Epiſcopi *c* 7. & 17. *h. t.* infirmi. *c.* 15. *eod.* Abſentes ſtudiorum cauſa. *c.* 12. *h. t.* & in genere omnes qui ex aliis juſtis cauſis abſunt. Diſtributiones tamen quotidianæ nonniſi intereſſentibus divino officio præſtantur; niſi ſint (1) abſentes quidem in choro, ſed præſentes in urbe, ex juſta cauſa v. G. infirmitatis, ſenii, &c. (2) ſint abſentes quidem ex urbe ſed ex cauſa quoad has diſtributiones privilegiata. v. G. ob parochiam canonicatui incorporatam, concilium &c. Engel. *C. J. C. h. t.* §. 2. *n.* 10.

TIT. V.
De Præbendis & Dignitatibus.

§. I. PRæbenda eſt jus percipiendi reditus Eccleſiaſticos ratione divini officii, cui quis inſiſtit; Alia eſt canonicatui annexa, alia ſine ea confertur. Gloſs. *in c.* 9. *verb. receperunt. X. de conſtit. Præbenda, beneficium, titulus* ſunt ſynonima, niſi quod in alia Eccleſia vocetur præbenda, in alia beneficium, in alia titulus. Pac. *Iſag. h. t.* juſtitia præbendæ conſiſtit in eo, quod qui altari inſervit, de altari vivere debeat. *c.* 22. *c.* 12. *qu.* 1. *c.* 67. 12. *qu.* 2. Hinc Epiſcopus qui aliquem ad ſacros ordines promovit, nullâ ei præbenda aſſignata, eum ipſe vel ejus ſucceſſor *c.* 16. *h. t.* ex propriis facultatibus alere debet, donec certum ei titulum contulerit. *c.* 2. *c.* 4 *c.* 23. *h. t.* Dividuntur beneficia variè inprimis in ſecularia & regularia, in curata & non curata.

§. 2

Digitized by Google

§. 2. Dignitas eſt prærogativa perſonæ Eccleſiaſticæ quâ prædi̇ti Prælati appellantur, & habent juriſdictionem Eccleſiaſticam v. gr. *Archi-Epiſcopatus*, *Epiſcopatus*, *Archidiaconatus*, *Archipresbyteratus*, *Abbatia*, *Prioratus. c.* 28. *h. t. c.* 3. *de offic. ord. c. ult. de judic. c.* 26. *de Appell. Dignitas* & *perſonatus* plerumque pro eodem accipiuntur *c. cum acceſſiſſent* 8. *de Conſtit.* interim pro loquendi conſuetudine alibi vocatur dignitas alibi perſonatus. Panorm. *in c.* 28. *n.* 21. *h. t.*

§. 3. Præbenda omnis tribus modis erigitur: *fundatione* cum de novo fundatur. *Clem. fin. de reſcript. c.* 25. *de prabend. c.* 1. *de V. S. in* 6. *c.* 1. *c.* 2. *de Eccleſ. ædific. Reſtitutione*, cum beneficium extinctum vel ſuppreſſum in priſtinum ſtatum reſtituitur. *c.* 12. *de conſt. c.* 9. *cod. c.* 1. *ne ſed. vac. Immutatione*, cum forma & qualitas beneficii mutatur, v. gr. ſi Abbatia fiat Epiſcopatus; Epiſcopatus, Archi-Epiſcopatus. *c. ſalvator h. t.* regulare fiat ſeculare &c. *c.* 5. *X. de relig. domib. c.* 4. 19. *qu.* 3. *c.* 20. 18. *qu.* 2. Attendendum tamen in erectione beneficoirum, ut locus ſit congruus. *c.* 18. 16. *qu.* 7. *c. Eccleſias per congrua*, 13. *de Conſecrat. diſt.* 1. Cauſa adſit legitima. *c.* 2. *diſt.* 99. *c.* 3. *de Eccl. ædif. c.* 10. *de Conſ. d. c.* 26. *eod.* & Dos ſufficiens conſtituatur. *c.* 8. *de Conſ. Eccl. c.* 26. 16. *qu. fin. c.* 2. *de ſuppl. negl. præl. c.* 12. *de prab.*

§. 4. Beneficium erectum quis adipiſcitur etiam collatione. Eſt verò *collatio* libera & gratuita beneficii cujusdam vacantis alicui Clerico facta conceſſio ab eo qui jus conferendi habet. Eſtque vel ordinaria vel Extraordinaria. *Illa* fit ab eo qui

ex lege vel conſuetudine facultatem præbendam concedendi habet. *c.* 15. *c.* 14. *c.* 6. *conceſſ. præb.* *Hæc* expeditur vel ex mandato legati, vel reſcripto Pontificis. Legati *miſſi* & *nati* vigore ſuæ legationis non conferunt, niſi ipſis hæc facultas ſpecialiter concedatur; Legati verò de *latere* ſine ſpeciali conceſſione conferunt etiam Eccleſiaſtico patrono invito. *c.* 6. *de off. leg. c.* 1. *eod. in* 6. niſi officium eorum ſit finitum. *c.* 3. *de off. leg. in* 6. Pontifex collationem facit vel *motu proprio c.* 23. *de præb. in* 6. vel *ad alterius petitionem. c.* 24. *eod.* Differentiam magnam uterque modus inſinuat.

TIT. VI.

De Clerico ægrotante vel debilitato.

§. I. CLericus ægrotans vel debilitatus fructibus beneficii non eſt privandus, cum afflicto non ſit addenda afflictio *c.* 1. *&* 2. *h. t. c. pen. eod.* ſi verò rector Eccleſiæ morbo gravi & diuturno laboret, Coadjutor ipſi eſt dandus qui curam habeat animarum. *c.* 3. *pen. & ult. h. t c. un. eod. in* 6. utrique autem de facultatibus Eccleſiæ proſpicitur. *dd. cc.*

§. 2. Coadjutor autem duplex eſt, *temporalis & perpetuus. Ille* revocari poteſt, *Hic* non. Deinde alia eſt coadjutoria cum futura ſucceſſione, alia ſine ea; *Hæc* juri conformis. vid. Conc. Trid. *Seſſ.* 25. *de ref. c.* 7. *Illa* vix, niſi Ecccefiæ cathedralis aut monaſterii urgens neceſſitas ſuadeat, quo caſu S. Pont. autoritas intervenire debet, & ſic tantùm vi nominis eſt coadjutoria. Engel. *h. t. n.* 3. *ſeqq.*

§. 3. Accipiunt Coadjutorem Epiſcopi à S. Pontifice, niſi locus à Curia Romana ſit valde remotus,

tunc enim ipſe Epiſcopus impeditus cum conſenſu majoris partis Capituli coadjutorem conſtituere poteſt. *c. un. h. t. in 6.* inferiores Clerici accipiunt ab Epiſcopo *c. 3. & f. h. t.* Conc. Trid. *Seſſ. 21. de Ref. c. 6. & 7.*

TIT. VII.
De Inſtitutionibus.

§. I. INſtitutio in ſenſu generali, quamcunque proviſionem, per quam beneficium acquiritur, adeoque etiam collationem continet; In ſenſu ſpeciali quatenus collationi opponitur, ſignificat conceſſionem beneficii ad præſentationem patroni factam. Engel. *h. t. n. 1.*

§. 2. Fit igitur inſtitutio ad præſentationem patroni ſive veri ſive putativi. *c. 32. c. 31. 16. qu. 7* ſive unius ſive plurium. *c. 1. 2. 3. de jur. patr.* is autem in diſſenſu patronorum præfertur, qui plurium conſenſu & majoribus meritis adjuvatur. Abb. *in c. 3. eod.* Inſtituuntur perſonæ idoneæ, nobiles, ignobiles, nulla contrariâ obſtante conſuetudine *c. 37. de præb.* Inſtituere poſſunt Epiſcopus, ſede vacante aut impeditâ capitulum. *c. 1. de conceſ. præb. in 6.* Abbates delegati, & omnes jus illud ex conſuetudine habentes. Hoſtienſ. §. *quis poſſit. h. t.*

§. 3. Inſtitutione canonicâ obtentâ actualem & corporalem poſſeſſionem dat plerumque Archidiaconus. Quod tamen etiam fieri poteſt per alium quemcunque cui id collator mandavit, vel à quo collatarius requiſivit, imò & per Notarium publicum. *c. ad hac. X. de conc. Præb.* Rebuff. *in prax.*

tit. poſ. n. 25. Et ſic tandem inſtitutus nanciſcitur jus percipiendi fructus beneficii juri patronatus obnoxii, & poteſtatem adminiſtrandi officium & munus ratione illius beneficii injunctum.

TIT. VIII.

De Conceſſione præbendæ & Eccleſiæ non vacantis.

§. I. VAcare noſtro jure dicuntur ea, quæ à nullo poſſidentur vel poſſidentur quidem, ſed non jure. Et illud trifariam contingere poteſt; vel *de jure & facto ſimul*, vel *de jure tantum* vel *de facto tantum*. *De jure & facto ſimul* vacatio contingit beneficiati morte *c.* 2. *h. t. c.* 3. *c.* 4. *de poſtul. præl.* renunciatione. *c.* 6. *de renu.* ſive ſimplici, ſive permutationis causâ factâ. *c.* 6. *de reſcript. in* 6. *c. un. de rer. perm. in* 6. degradatione *c.* 27. *de G. S. c.* 2. *de pœn. in* 6. &c. & tunc liberà conferri poteſt. c. 2. *h. t.*

§. 2. *De jure tantum*, electione ad Epiſcopatum & confirmatione ejus qui beneficium habebat. c. 7. *de elect. c.* 6. *c.* 9. *X. h. t.* acquiſitione beneficii curam vel dignitatem annexam habentis, c. 28. *X. de præb. Extrav. Execrabilis. eod.* Negligentiâ intra annum ſacerdotales ordines accipiendi ab eo cui parochialis Eccleſiæ collata *c.* 25. *c.* 14. *de elect. in* 6. & tum rectè vacans beneficium in perſonam idoneam conferetur. c. 6. c. 9. *X. h. t.* Delicto, ut manifeſtæ ſimoniæ. c. 13. *X. de ſimon.* Hæreſis. *c.* 9. *X. de Hæreſ.* Aſſaſſinatus. *c.* 1. *de Homic. in* 6. &c. *De facto tantùm* v. G. ſpoliatione; ſed tum demum ſpoliato beneficium eſt reſtituendum. *c.* 1. *c.* 4. *X. de his quæ vi met.*

§. 3.

§. 3. Regulariter ergo collatio nonniſi pura & beneficii vacantis eſſe debet, alioquin ſciens inſtitutus in beneficium viventis, deponendus eſt, atque conceſſio pro nulla habetur. c. 1. 2. 3. *X. h t.* imò ad excludendum votum captandæ mortis Epiſcopus aliuſque collator alteri expectativam promittere nequit c. 2. *&* 3. *h. t.* ſummus Pontifex autem, ut olim literas expectativas c. 7. c. 19. c. 39. *de reſcript.* ità nunc mandata de providendo ad beneficia vacatura dat c. 38. *ſeqq. eod.* quæ tamen non continent beneficium noviter inſtitutum. *Clem. ult. de reſcript.* ſemper tamen primum vacans attendunt. c. 10. *de præb. in* 6. ſi peti negligitur, cum vacat, non poteſt proviſus aliud petere, niſi in Canonicum fuerit receptus. *c. ſi Clericus.* 11. *eod in* 6. ſemper enim mandata de providendo, ut odioſa, ſtrictè ſint explicanda. *c. fin.* c. 16. c. 5. c. 27. *de præb. in* 6.

TIT. IX.

Ne ſede vacante aliquid innovetur.

§. I. Sede vacante i. e mortuo Epiſcopo vel Prælato &c. nihil innovari h. e. fieri poteſt, quod in præjudicium futuri Epiſcopi aut Prælati tendat. Hinc Eccleſia ſede vacante non poteſt uniri, nec unio facta cum altera Eccleſia diſſolvi. c. 1. *X. h. t.* Nec judicium aut ſententia contra Eccleſiam lata habet robur. c. 3. *eod.* nec capitulum poteſt ſede vacante beneficia conferre, quorum collatio de jure vel conſuetudine ad Epiſcopum ſpectat. c. 2. *h. t.* quia collatio beneficiorum numeratur inter fructus Epiſcopi & Prælati c. *fin.*

de off. Vic. in 6. Præſentatos tamen à Patronis poteſt ſede vacante capitulum admittere & inſtituere *c. un. de inſtit. in* 6. ut & illa quoque beneficia, quæ communiter ad Epiſcopum & Capitulum pertinent, rectè confert capitulum ſede vacante c. 1. *h. t. in* 6.

§. 2. Quæ ergò futuro Epiſcopo nullum præjudicium afferunt, Capitulum ſede vacante expedire poteſt. c. *ſuffraganeis. X. de elect.* Pavin., *de poteſt. capit. qu.* 3. 4. *part.* 1. Hinc ſubintrat & exercet omnia ea quæ ſunt jurisdictionis c. 11. c. 14. *X. de Major. & obed. c. un. eod. in* 6. *c. un. de ſuppl. neglig. in* 6. Excipe jurisdictionem Epiſcopi delegatam & ea quæ Epiſcopo jure ſpeciali competunt. Garc. *de benef. p.* 5. c. 7. *n.* 4. *ſeqq.* Barboſa ad c. 2. *X. h. t.* Interim Capitulum ſede vacante œconomum nec non intra 8. dies poſt mortem Epiſcopi Vicarium conſtituere tenetur per Concil. Trident. *Seſſ.* 24. *de ref.* c. 16.

§. 3. A ſede vacante differt *ſedes impedita* fundat. *in* c. 41. *X. de elect.* Eſtque vel propria vel impropria. *Illa* eſt legitimè ac juſtè impedita electio vel poſtulatio capitis ſive Epiſcopi à Capitulo aliàs intra trimeſtre ſpatium peragenda, ita ut propter illud impedimentum emergens, jus eligendi non fiat caducum, interim tamen penes ipſum capitulum maneat regimen Eccleſiæ Diœceſanæ. *Hæc* eſt deſignati jam Epiſcopi ob juſta impedimenta ſucceſſio ſuſpenſa, efficiens, ut penes Capitulum interim ſit cura Eccleſiæ Cathedralis indeque dependentium jurium eodem ferè

modo

modò, acſi ſedes eſſet vacans. Capitulo ſede impedita propriè tali non ſolum competunt jura ſedis vacantiæ, ſed etiam longè plura & majora, ceu deduxi, & alias huc pertinentes quæſtiones reſolvi in mea Diſſertatione *ſub Præſid. Dn. D. Böhmeri habita: de juribus Capituli ſede impedita c. 2. & 3.*

TIT. X.

De his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſenſu Capituli.

§. I. SEde non vacante Epiſcopus aut alius Prælatus de rebus Eccleſiæ ſine conſenſu aut conſilio capituli nihil ferè expedire poteſt, quod exemplis illuſtratur in c. 1. 2. 3. 4. 5. 8. 9. *fin. X. h. t.* Differt tamen conſilium à conſenſu. *Illud* tantum inducit conſultationem non tamen externè obligat Prælatum. *Hic* ità obſtringit Prælatum, ut neceſſariò teneatur ſequi majora vota.

§. 2. Sic *Conſenſus* Capituli requiritur in alienatione rerum Eccleſiaſticarum. *tot. tit. de reb. Eccl. non al.* in collatione beneficiorum ad Epiſcopum & Capitulum pertinentium c. 7. *h. t.* in unione Eccleſiæ parochialis c. 9. *X. h. t.* Conf. Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de Ref.* c. 13. & in genere in omnibus caſibus ſpectantibus ad Capituli intereſſe, vel concernentibus præjudicium Eccleſiæ; Quamvis conſuetudine vel præſcriptione in plerisque caſibus à conſenſu vel conſilio Capituli ſit liberatus, uti teſtatur Gratianus *Diſcept. Forenſ. cap.* 100. *n. ult.*

TIT.

Capituli conſiſtit, ut non ſatis ſit, majorem partem eſſe numero, niſi & ratione ſanior probetur. c.42. *X. de elect.* Dicitur verò ſanior pars habitâ ratione Zeli ad Zelum, meriti ad meritum, prudentiæ ad prudentiam. Barb. *cit. tr. de Canon. c.* 38 Hodiè juxta Concil. Trid. *Seſſ.* 25. *de Regul.* c. 6. major pars ipſius Capituli ſemper præſumitur ſanior, ut ita evitentur plura incommoda, quæ aliàs oriuntur ex inveſtigatione quænam ſit major, quænam verò ſanior pars. Conf Gonz. Tell. ad c.1. *h. t. n.* 6. ibique allegati Dd.

TIT. XII.

Ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.

§.I. BEneficia Eccleſiaſtica vacantia ſine diminutione conferri debent. *c. un. X. h. t.* Dicitur autem diminui beneficium quatuor modis (1) *per diviſionem*: Hinc beneficia dividi non poſſunt. *c.* 8. *de preb.* niſi adeò ſint ampla ut pluribus ſufficere poſſint. *c.*26. *eod.* citari tamen debent Parochus & Patronus Barboſ. *de off. Epiſc. alleg.* 68. *n.* 4. (2) Per *impoſitionem oneris*. Ex juſta tamen cauſa Epiſcopus penſionem beneficio imponit *vid. c.* 11. *de preb.* ſummus Pontifex id quoque facit in reditibus ad Cardinalatum pertinentibus vid. Engel. *h. t. n.* 2.

§. 2. Porrò (3) Per *Diſmembrationem* quando reditus ab uno beneficio ſeparantur & applicantur ad alterum beneficium, quod prohibitum. *d. c.*8. *de preb.* niſi juſta adſit cauſa. *c.* 3. *de Eccl. ædif.*

ut

ut tamen adhibeantur ita ſolennitates aliàs ad alienationem neceſſariæ. (4) *Per ſuppreſſionem* ſeu beneficii totalem extinctionem ſine juſta cauſa. *c. pen. de Conſtit.* vid. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 1. 3. *&* 4. *per tot.* (5) *Per retentionem fructuum.* Eſſet enim aliàs ſpecies ſimoniæ ſi collator fructus beneficii retinere vellet. c. 7. *X. de cenſib.* c. 8. c. 36. *de præb.* niſi collator fructus beneficii retinuerit ante collationem ex juſta cauſa v. gr. ad ſolvendum urgens æs alienum. *c. un. verſ. unde credimus. X. h. t.*

TIT. XIII.
De rebus Eccleſiarum alienandis vel non.

§. I. RES Eccleſiæ regulariter alienari nequeunt, in tantùm, ut alienantes, niſi res reſtituantur, excommunicationis ſententiam incurrant. *c. ſi quis* 6. *X. h. t.* Niſi cauſa adſit juſta & debitæ ſolennitates interveniant. Sunt juſtæ cauſæ 1. *Neceſſitas æris alieni* quod ex fructibus Eccleſiæ non poteſt diſſolvi. c. 2. 10. *qu.* 2. 2. *Pietas* v. G. ad redimendos captivos, pro alendis pauperibus tempore caræ annonæ. c. 68 c. 71. c. 70. 12. *qu.* 2. 3. *Utilitas*, quando alienatur res quæ ſervando ſervari non poteſt, quæ majus onus quam emolumentum affert. c. 52. c. 53. 12. *qu.* 2. c. 7. *X. h. t.*

§. 2. Solennitates debitæ ſunt, ut alienatio fiat cum totius Cleri tractatu, conſenſu & ſubſcriptione. c. 1. *h. t.* in 6. *c.* 20. *c.* 52. *c.* 37. 12. *qu.* 2. Quæ ſi non obſervantur, alienatio nullius eſt momonit

momenti. *dd. cc.* alienans officio privatur, deponitur, & damnum Eccleſiæ reſtituere compellitur. c. 18. c. 35. 12. *qu.* 2 recipiens rem cum omnibus fructibus perceptis reſtituit, pretium non recipit, quamvis regreſſum contra alienantem habeat. c, 2. 10. *qu.* 2. c. 25. 12. qu. 2. Alienat qui rem vendit, permutat, donat, qui in precarias, emphyteuſin, feudum, hypothecam dat. vid. c. 5. *X. h. t.*

TIT. XIV.

De Precariis.

§. 1. PRecariæ juris Canonici aliàs dicuntur præſtariæ ratione Epiſcopi ſeu Abbatis præſtantis, ſicut precariæ ratione percipientis. Sunt autem precariæ contractus quo prædium perpetuò vel ad longum tempus fruendum conceditur. c. 4. 10. *qu.* 2. ità ut annua penſio præſtetur. *Nov. Leon.* 13. & de quinquenio in quinquennium contractus renovetur. c. 1. hîc. *c.* 5. 10. *qu.* 2.

§. 2. Hunc contractum cum Eccleſiæ Oeconomo, uti fieri plerumque ſolet, iniens, pro re Eccleſiæ, quam accipit, viciſſim rem aliam Eccleſiæ donare debet, uſufructu quoad vixerit ad certum tempus ſibi retento, ut eo finito proprietas ad Eccleſiam tranſeat *d. c.* 10. Differt hic contractus ab emphyteuſi & precario juris civilis.

TIT. XV.

De Commodato.

§. 1. COmmodatum eſt contractus realis quo uſus certus rei non fungibilis gratis alicui

cui conceditur, ita ut finito uſu res eadem in ſpecie, non deteriora a reſtituatur *t. t. ff. & C. h. t.* Requiritur itaque, ut tradatur (1) ad uſum (2) certum (3) gratuitum (4) res non fungibilis (5) ut finito uſu in ſpecie reſtituatur.

§. 2. Naſcitur exinde actio commodati *directa*, quæ datur commodanti ad rem commodatam integram reſtituendam in ſpecie & in eodem ſtatu §. 2. *J quib. mod. re contr. obl.* & *Contraria*, quæ competit commodatario adverſus commodantem ad indemnitatem *l.* 17. §. 3. *tit.* 18. §. 3. *ff. h. t.* quod autem contraria actione conſequi poſſumus, eo nomine habemus etiam retentionem. *l.* 18. §. 4. *ff. h. t.*

§. 3. Commodatarius tenetur ad omnem diligentiam *l.* 5. §. 2. *ff. h. t. l.* 18. *eod.* adeoque præſtat culpam leviſſimam *d.* §. 2. id quod comprobatur quoque in *c. un. hic.* non verò præſtat caſum niſi (1) culpa caſum præceſſerit (2) ita fuerit pactus (3) fuerit in mora. *l.* 12. §. 3. *depoſ. l.* 5. §. 4. *ff. h. t. l.* 5. §. 10. *cod. l.* 22. *de R. J.* Conf. Gonzal. *ad c. un. X. h. t.* & Dd. *ad ff. & C. h. t.*

TIT. XVI.
De Depoſito.

§. I. DEpoſitum eſt contractus realis, quo res principaliter alicui ad cuſtodiam datur gratis, ut illa ad lubitum deponentis in ſpecie non deteriorata reſtituatur. *t. t. ff. & C. h. t. c. 2. X. h. t.* Eſtque vel *ſimplex* vel *miſerabile*, Hoc eſt, quando tempore naufragii, ſeditionis vel incendii res deponitur, & hic lis inficiando creſcit, & condictio

inde-

indebiti ceſſat *l.* 1. §. 3. *ff. h. t.* §. 17. *J. de act.* Deinde eſt vel *regulare* vel *irregulare*, Hoc eſt, ubi uſus rei depoſitæ ſimul conceditur & quidem vel *tacitè* vel *expreſsè*; aliàs non poteſt depoſitarius re depoſita uti abſque crimine furti *l.* 3. *C. h. t.* Differt à depoſito ſequeſtrum, de quo ſupra. *tit. de ſequeſt fruct. & poſſeſſ.*

§. 2. Requiritur ad Depoſitum, ut (1) res tradatur cuſtodiæ gratia (2) gratis impendendæ *l.* 1. §. 24 *vi bon. rapt.* (3) ut deponenti regulariter in ſpecie reſtituatur, & illicò ad beneplacitum deponentis. §. 3. *J. quib. mod re l.* 1. §. 22. *ff. l.* 11. *C. h. t.* Si depoſitum fiat prælato præſente capitulo, ex hoc depoſito tenetur Eccleſia. Panorm. *ad c.* 1. *h. t.* Privilegia depoſiti ſunt, quod nulla exceptio remorari poſſit Illius reſtitutionem v. G. non Compenſationis, dominii alterius, reſcripti moratorii, nec arreſtari poteſt. &c.

§. 3. Datur ex contractu depoſiti duplex actio: Directa & contraria. *Illa* datur deponenti adverſus depoſitarium ad rem dicto modo reſtituendam. Plures depoſitarii ſinguli in ſolidum tenentur. *l.* 1. §. 43. *ff. h. t.* plures verò hæredes pro ratâ. *l.* 9. *ff. eod* Præſtantur tamen in contractu depoſiti tantum dolus & lata culpa *l.* 1. §. 8. *ſeq. ff. h. l.* 32. *eod.* Niſi depoſitarius ſe obtulerit depoſito. *l.* 1. §. 35. *h. t. Contraria* datur Depoſitario contra deponentem ad indemnitatem obtinendam. v. G. impenſas.

TIT.

TIT. XVII.

De Emtione & Venditione.

§. I. **E**Mtio Venditio eſt contractus conſenſualis de re certa pro certo pretio tradenda. *pr. J. h. t.* Fitque vel *in ſcriptis* ſi inter partes expreſsè conventum, ut non ante, quam ſcripturâ interveniente, obligentur. *l.* 17. *C. de fid. inſtrum.* vel *ſine ſcriptis.* Dividitur in publicam & privatam, illa alio nomine ſubhaſtatio vocatur, deinde in negotiatoriam & ſimplicem.

§. 2, Requiritur ad emtionem venditionem (1) Conſenſus liber contrahentium; Hinc nemo invitus cogitur ad emendum vel vendendum. *l.* 11. *l.* 14. *C. h. t. l.* 9. *C. de judic. l.* 19. *C. de jur. delib.* nec arrhæ requiruntur ad obligationis effectum, niſi tantùm utiliter adhibeantur vel *confirmandi* contractus gratiâ, vel in ſignum reſervatæ licentiæ pœnitendi. *pr. J. h. t.* (2) Perſonarum habilitas vel *in totum* vel *in tantum*; ſic furioſi, mente capti vendere non poſſunt, hoſtibus talia vendi non poſſunt, quæ ad inſtruendam militiam ſpectant. *l.* 4. *l. ult. C. de Commerc.* Nobilibus mercatura aut jus braxandi zum feilen Kauff interdictum eſt *l.* 3. *C. h. t.* (3) Merx, quæ reverâ in rerum natura exiſtere debet, vel taliter comparata ut exiſtere poſſit. *l.* 8. *pr. ff. h. t.* Conf. *l.* 44. & *l.* 57. *eod.* Debet quoque eſſe certa & determinata; admittitur tamen emtio ſpei *l.* 8. §. 1. *ff. h. t.* In rebus fungibilibus determinatur merx, per pondus numerum & menſuram. Re certâ venditâ pertinentias

tinentiæ quoque cenſentur eſſe venditæ *l.* 69. *ff. eod.* Debet quoque eſſe in commercio: Hinc res ſpirituales vendi non poſſunt. *Ext.* 1. *&* 2. *com. h. t. t. t. X. de ſimon.*

§. 3. Requiritur (4) Pretium, quod debet conſiſtere in pecunia numerata ſaltem quoad principaliorem partem *l.* 6. §. 1. *ff. de act. Emt. V.* Debet eſſe juſtum. *l.* 1. *ff. hîc.* Verum; non ſufficit dicis gratiâ interveniens *l.* 54. *de Obl. & Act.* Certum, vel directò ex conventione, vel per relationem ad quantitatem aliunde jam determinatam *l.* 7. §. 1. 2. *l.* 37. *ff. h. t.* Effectus denique emtionis venditionis conceernit *vel rem*, cujus periculum & commodum regulariter emtione perfecta pertinet ad emtorem § 3. *J. de Emt. Vend.* modò culpa venditoris non perierit. *l.* 31. *eod.* vel venditor in mora tradendi non fuerit, *l. f. C. de per. & com.* nec res perierit ex vitio præcedente *l. ult.* C. *eod.*

§. 4. Vel *perſonas contrahentes* quæ ad ea, quæ ſibi invicem ex hoc contractu præſtanda ſunt, obligantur. Hinc actio emti, quà emtor adverſus venditorem agit ad rem tradendam cum omnibus acceſſionibus & aliquando ad damna in re vendita reſarcienda; ut autem emtor efficaciter agere queat, requiritur, ut pretium offerat. *l.* 13. §. 8. *ff. h. t.* Actio venditi competit venditori adverſus emtorem, ut prætium ſolvat, & quicquid præterea conventum, vel æquum & bonum eſt *l.* 13. §. 19. *ff. h. t.* Venditor interim emtori obligatus eſt evictionis nomine *t. t. C. de evict.* niſi emtor conventus non de-

nunciaverit venditori *c. ult. h. t.* vel per contumaciam emtor condemnatus ſit. *l.* 8. *C. de evict.* vel injuria judicis, res fuerit evicta *l.* 55. *ff. eod.* vel emtor ſciens rem alienam emerit. *l.* 11. §. *fin. de act. Emt. Vend.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Læſio ad dimidium permittitur. *l.* 16. §. *pen. de minor. l.* 22. §. *ult. loc. t. t. ff. & eod. de reſcind. Vend.*

J. Can. Canoniſtæ communiter læſo concedunt denunciationem Evangelicam. Vid. Fachin. *lib.* 2. *Controv. c.* 25.

J. Civ. Qui rem quamcunque à fiſco emit, ſtatim ſecurus eſt, §. *ult. J. de Uſucap.*

J. Can. Qui rem Eccleſiæ à fiſco emit, ſecurus non eſt, quinimò Eccleſiæ eam reſtituere compellitur. *c.* 2. *X. de reb. Eccleſ. alien. vel non.*

TIT. XVIII.

De Locato Conducto.

§. I. Locatio conductio eſt contractus conſenſualis de uſu rei vel operâ perſonæ pro certa mercede præſtanda. *pr. &.* §. 1. *J. h. t.* Alia eſt *rerum*, alia *operarum*. Differunt in effectu, quod ibi merces poſſit etiam conſiſtere in fructibus certis. *L. olei.* 21. *C. h. t.* non hîc; quod illa facilius ad hæredem tranſeat quam operarum, quod in locatione operarum major aliquando ſit præſtanda diligentia *l.* 13. §. 5. *l.* 25. §. 7. *ff. h. t.* &c Deinde alia locatio eſt *regularis* alia *irregularis*, Hæc rei locatæ transfert dominium, uti in contractu *Soci-*

da

de vid. *l.* 31. *ff. h. t.* Illa veram locationis naturam retinet.

§. 2. Requiritur ut in emtione, cum qua in pluribus convenit *l.* 2. *ff. h. t.* (1) Conſens ab utraque parte liber, vid. tamen *l.* 11. §. *fin. de publican* ab initio expreſſus. *l.* 23. *Comm. Divid.* ſemel contracta locatio facilius tacitè renovatur *l.* 13. §. 11. *h. t.* niſi ſit locatio in ſcriptis *l. c. inf.* (2) Uſus rei vel facta locari ſolita; Dominium tamen rei locatæ non tranſit in conductorem *l.* 39. *ff. h. t.* licet ad longius tempus locatio facta ſit. (3) Merces vid. *l.* 30. *h. t. l.* 23. *Comm. div.* ſi fructus ſunt cummunes inter colonum & dominum prædii magis eſt ſocietas quam locatio *l.* 25. § 6. *h. t* Imo ſi loco mercedis aliud præſtetur, innominatus contractus inde oritur. *l.* 1. §. 9. *depoſ.*

§. 3. Contractu perfecto locator obligatur *in locatione rerum* ut omnia impedimenta removeat, ſine quibus frui nequit conductor *l.* 25 §. 2. *ff. h. t. l.* 25. *ff. eod.* aut aliam æque commodam rem ſubſtituat. *l.* 9. *pr. eod.* ſi frui planè non poſſit re conducta ad pretium reſtituendum datur actio conducti. *l.* 27. *pr. l.* 33. *h. t.* ſi per culpam locatoris, etiam ad intereſſe *l.* 33 *l.* 35. *h t.* In rebus frugiferis ob *ſterilitatem* remiſſio conductori iudulgenda *l.* 15. §. 2. *ſeq. h. t.* modò calamitas accidat extra ipſam rem *l.* 15. §. 2. *&* 5. extra conſuetudinem *c. l.* ſit magna *l.* 25. §. 2 *hic.* Præſtandus quoque eſt uſus uſque ad tempus præfinitum, niſi (1) adſit caſus ſupervenientis neceſſitatis non proviſæ *l.* 3. *C. h.* (2) Conductor non ſolvat mercedem

 debi-

debito tempore *l.* 54. §. 1. *l* 56. *h. t.* (3) ſi re locatâ abutatur. *c. pen. X. h* *l.* 3. *C. eod.* (4) ſi res locata neceſſariò refici debeat *c.* 35. *X. h. t.*

§. 4. Obligatur porrò locator ad indemnitatem præſtandam quoad impenſas neceſſarias & utiles *l.* 55 §. 1. *h. t.* & ut cætera damna culpa locatoris data reſarciantur. *l.* 19 §. 1. *h. t. In locatione operarum* obligatur locator ad operas fideliter præſtandas, ſi non præſtet culpâ aut dolo, ad intereſſe tenetur, ſi caſu fortuito, tunc merces non debetur *l.* 15. §. 6. *h. t.* ſi culpa conductoris, nihilominus ſolvenda merces *l. pen* §. 1. *ff. h. t. l.* 19. §. 9. *l.* 38. *pr. eod.* Hinc *actio conducti* comparata eſt *conductori adverſus locatorem ad præſtandum uſum rei locatæ ad tempus præfinitum vel operas promiſſas, & impenſarum damnique quod culpa locatoris perpeſſus eſt, reſtitutionem*

§. 5. Conductor obligatur ad mercedem debito tempore ſolvendam *l* 54. §. 1. *h. t.* integram, licet rem abſque juſta cauſa deſeruerit *l.* 58. §. *fin.* *l* 21. §. 1. *ff. h. t.* Hinc pro mercedis hujus ſecuritate conſtitutum eſt à lege locatori pignus tacitum, vel in invectis & illatis quoad prædium urbanum & in fructibus quoad ruſticum. *l.* 4. *pr. l.* 7. *in quib. cauſ. pign vel hyp.* In locatione operarum, ſi locatio non requirit tractum temporis merces non niſi finito opere ſolvenda *l.* 80. §. 1. *ad L. Falc.* ſin ſecus, merces ſucceſſivè per partes præſtatur Franzk. *h. n* 188 obligatur porrò ut in re conducta debita diligentia verſetur, hinc culpa levi damnum datum reſarcire debet *l.* 9. §. 3. 5. *l.* 13. *pr.*

pr. §. 1. *h. t.* Hinc *actio locati* datur *locatori contra conductorem ad mercedem debitè ſolvendam & rem ſi- nito uſu ſalvam reſtituendam, eaque omnia præſtanda quæ aliàs promiſit.*

§. 6. Affinis eſt locationi conductioni Emphyteuſis, quæ eſt *jus in re alicui, ſub lege annui canonis præſtandi, in recognitionem dominii directi in bonis immobilibus conſtitutum, vi cujus Emphyteuta re Emphyteuticaria uti frui, & de illa quodammodo diſponere poteſt.* Eſt pro diverſitate objecti vel *ſecularis* vel *Eccleſiaſtica*, cujus diſtinctionis uſus cernitur (1) in modo amittendi ob non ſolutum canonem *l. 2. de SS. Eccl.* (2) Difficilius conſtituitur Eccleſiaſtica *l. 14. l. 17. C. de SS. Eccleſ.* (3) De neceſſitate in Eccleſiaſtica requiritur ſcriptura. *N. 7. pr. N.* 120. *c.* 5. nec (4) in Eccleſiaſtica ultra nepotes extenditur ſucceſſio *N. 7. c.* 7. Niſi per expreſſum in perpetuum conceſſa ſit. *N. 55. & 120. c.* 6

§. 7. Eſt ergo contractus Emphyteuticarius bilateralis & conſenſualis quo Dominus ſe obligat ad concedendum alteri dominium utile in re immobili: Emphyteuta verò ad præſtandum annuum canonem in recognitionem dominii directi, ut & meliorationem. Tollitur verò iterum Emphyteuſis variis modis (1) tempore præterlapſo *l. ult. ff. ſi ager. vect.* (2) Totali rei interitu (3) Præſcriptione Dominii directi vel utilis (4) Si canonem non ſolverit toto triennio in ſecularibus, biennio verò in Eccleſiaſticis. *l. 2. C h. t. Auth. qui rem. C. de SS. Eccl.* Admittitur tamen purgatio moræ. *l. 2. C. de jur. Emphyt. c. fin. X. de loc. cond. &c.*

J. Civ. Quilibet Dominus habet facultatem ædes ſuas cui voluerit, locandi, ità ut propterea primo haud liceat, alteri, qui poſt eum domini voluntate ad eandem conductionem acceſſit, litem, vel ullam moleſtiam afferre *l. 32. C. locat.*

J. Can. Hâc in re ſingulare privilegium ſtudioſis eſſe datum vulgo ſcribunt per *c. 1. X. h. t.* vid. Bapt. de S. Blaſio. *Diff. n.* 124.

Quoad Emphyteuſin Emeric. à Roſbach. 2. *part. tit.* 13. *in Diff. jur. Civ. & Can.* eumque ſecutus Ritterhuſius *lib.* 3. *Diff. c.* 24. ſex colligunt differentias juris Civ. & Cano. inter Emphyteuſin Civilem & Eccleſiaſticam, ſed quod pace tantorum virorum dixerim, non ſunt illæ differentiæ juris utriuſque, ſed tantum inter civilem & Eccleſiaſticam Emphyteuſin, illaſque jus Canonicum non introduxit, ſed jure civili jamtum ſunt cognitæ *Nov.* 7. *Nov.* 120.

TIT. XIX.
De Rerum Permutatione.

§. I. PEr contractus quoque innominatos dominium transfertur. Sunt contractus innominati qui ſpeciali nomine carent non tamen cauſâ. *l. 7. §. 2. ff. de pact.* Suntque vel *regulares* vel *irregulares*, *illos* deſcripſimus eorumque quatuor ſpecies recenſentur in *l. 5. pr. ff. de præſcript. verb.* *hi* à contractuum innominatorum naturâ aliquatenus recedunt, & ad nominatos accedunt, ſimulque aliquod nomen habent uti contractus æſtimato-

matorius & permutatio. Eſt verò permutatio contractus innominatus quo res datur, ut pro illa accipiens viciſſim aliam det. *l. 1. pr. & §. 2. & l. 5. C. h. t.*

§. 2. Permutari poſſunt omnes omninò res quæ ſunt in commercio hominum, nec permutari prohibentur, ſive ſint res corporales ſive incorporales. Res Eccleſiæ ex juſta cauſa & ſervata ſolennitate permutari poſſunt. Hinc permutatio ab anteceſſore inconſultè facta revocari poteſt à ſucceſſore. *c. 2. h. t.* Eccleſiaſtici tamen homines i. e mancipia Eccleſiaſtica, cum meliorem dominum quam Eccleſiam nanciſci nequeant, permutari non poſſunt. *c. 3. X. h. t.* Niſi permutatio fiat libertatis gratiâ, aut ſervi ſint fugitivi. *c. 54. 12. qu. 2.* per conſequens Eccleſiæ ſint inutiles *c. 3. & 4. X. h. t.* Sic & permutari nequeunt præbendæ aut beneficia; aliàs permutantes beneficio privantur *c. 5. c. 7. X. h. t.* ſimplicitati tamen hâc in re tribuitur venia. *c. 8. h. t.*

§. 3. Non tamen ſimpliciter permutatio beneficiorum eſt prohibita, ſed valet, ſi fit legitima de cauſa. *c. quæſitum 5. X. h. t.* ab utroque, non propriâ, ſed authoritate & in manus Epiſcopi, vel Epiſcoporum, cujus vel quorum jurisdictioni beneficia permutanda ſubſunt. Gammard. *tract. de rer. perm. n. 133. & 134.* omnium tamen conſenſus neceſſarius eſt ad quos Jus eligendi ad beneficia permutanda vel jus præſentandi ſpectat. *Gl. Clem. un. h. t. ibique Dd.*

J. Civ. In contractibus innominatis pænitentiæ locus eſt *l. 5. §. 2. ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſec. l. 1. §. fin. de de rer. permut.*

J. Can. Pœnitentiâ hæc eſt ſublata. *arg. c. 12. 22. qu. 2. arg. c. 3. X. de pact. c. 1. 2. eod. c. 8. 20. qu. 1.*

TIT. XX.
De Feudis.

§. 1. Feudum eſt conceſſio dominii utilis ſub lege fidelitatis Illuſtr. Dn. Stryck. *Ex jur. feud. c. 2. qu.* 11. Dividitur feudum variis modis; In genere aliud eſt *proprium* aliud *improprium. Illud* ratione objecti eſt vel *ſeculare* vel *Eccleſiaſticum*, quorum poſterius ab incurvato Epiſcoporum baculo dicitur ein Krumſtabiſch Lehen atque in re Eccleſiæ conſtituitur. In feudo Eccleſiaſtico multi hoc peculiare agnoſcunt quod etiam tranſeat ad fœminas. vid. Thummermut. in Tr. Krumſtab ſchleußt niemand aus. Vid. tamen Struv. *in Synt. J. feud. c. 3. Aph. 4. in fin.*

§. 2. Eſt verò feudum Eccleſiaſticum aliud ſimplex, aliud verò regale, quale conſtituunt Archiepiſcopatus, Epiſcopatus & Abbatiæ, hæcque feuda regalia Eccleſiaſtica ab eo tempore conſtitui cæperunt, quo cum officio Epiſcopali & dignitate Eccleſiaſtica Epiſcopis etiam poteſtas & regalia per inveſtituram ab Imperatore ſunt collata, quod cœpit poſt tempora Ottonis I. teſte Struv. *in Synt J. Feud. c. 1. Aph. 4. n. 8. ſeqq.* Diſſert. mea Inaugural. De *incongrua applic. jur. Longob. ad feud.*

feud. Germ. §. 27. Ad feudum Eccleſiaſticum pertinet etiam das Pfahr-Lehn quando quis cum jure patronatus eſt inveſtitus.

§. 3. Perſonæ feudum conſtituentes & acquirentes ſunt Dominus & Vaſallus. In bonis Eccleſiæ feudum pro cæteris conſtituere poteſt ſummus Pontifex, qui cum Prælato concurrit. Cæteri Prælati, Archi-Epiſcopi, Epiſcopi & Abbates feuda noviter in bonis Eccleſiæ non aliter concedere poſſunt, quam ex juſta cauſa, interveniente cognitione & conſenſu Capituli. Vid. *cap. un. Xtrav. comm.* ſed res infeudari ſolitas poſſunt hi Prælati abſque dictis ſolennitatibus in feudum concedere Illuſtr. Dn. Stryck. *Ex J. F. c. 5. qu.* 4.

§. 4. Acquirere feudum poſſunt omnes Clerici & Monachi ità tamen, ut per hos tranſeat ad Monaſterium. Struv. *S. J. F. Aph. ult. c. 5.* ſive per præſcriptionem ſive alio titulo; à ſucceſſione tamen feudali, tanquam inhabiles ad ſervitia, excluduntur. 2. *feud.* 26. §. *qui clericus.* quamvis de praxi aliud dicendum videatur. Objectum tamen feudi eſſe non poſſunt tituli, ſive bona clericis pro alimentis aſſignata. 1 *feud.* 6. *in pr.* nec decimæ *c.* 15. 17. 19. *X. de decim.* De validitate Expectativæ in feudo Eccleſiaſtico ab Epiſcopo promiſſæ. vid. Struv. *Synt. J. feud. c. 7. Aph.* 9.

TIT. XXI.

De Pignoribus & Cautionibus.

§. I. Pignus hoc loco non tam denotat rem oppignoratam aut contractum pignoratitium, quam potius ipſum jus pignoris creditori

in

in ſecuritatem debiti conſtitutum, atque hoc modo complectitur etiam hypothecam, quamvis in modo conſtituendi hæc intercedat differentia, quod pignus dicatur quod rei traditione, hypotheca verò quæ creditori non tradita pacto nudo vel etiam ſolâ lege conſtituitur per *l.* 9. §. 2. *de pign. act.* Dividitur pignus in *publicum* & *privatum*. *Illud* rurſus eſt vel legale vel prætorium vel judiciale vel voluntarium. Sic pupillus, minor, Eccleſia, civitas, in bonis tutoris, curatoris, adminiſtratoris legale habet pignus *c. ex literis.* 5. *X. h. t.* Prætorium per miſſionem in poſſeſſionem conſtituitur. *t. t. ff. ut leg. & fideic. ſerv. l.* 15. *de damn. inf.* Judiciale judicati exequendi cauſâ conſtituitur *l.* 15. *ff. de re jud.* Voluntarium vel in judicio apud acta expeditur, vel coram tribus teſtibus concinnatur *l.* 11. *C. qui potior. in pign.*

§. 2. Hoc privatum conſtituitur vel teſtamento *l.* 26. *de pign. act.* vel conventione; Utrobique verò vel omnia vel quædam tantùm bona obligantur; hinc pignus eſt vel *generale* vel *ſpeciale*; Illud afficit omnia debitoris bona, etiam futura. *l. ult. C. quæ res pign.* ſpeciale certa tantùm bona afficit *l.* 1. §. 1. *l.* 15. §. 1. *ff. h. t.* Si utraque ſpecies conjungitur, generalis tantum ſubſidiaria eſt. Jll. Dn. Stryck. *de Caut. Contr. S.* 2. *c.* 4. §. 17.

§. 3. Pignori res obligari poſſunt regulariter omnes quæ ſunt in commercio & dominio vel quaſi debitoris, & ſecuritatem præſtare poſſunt. Hinc prohibentur res ſacræ, ſanctæ & religioſæ, quia non ſunt in commercio, neque liber homo

neque

neque res Eccleſiæ ſive mobiles cultui divino dedicatæ, ut calices, patinæ, veſtimenta ſacerdotalia, ſive immobiles alienari prohibitæ *c.* 1. *X. h. t. c.* 5. *de reb. Eccleſ. alien.* Deſſel. *Er. j. C. h. t. qu.* 4.

§. 4. Securitas inter alia conſiſtit in eo ut poſſit hypothecam perſequi legitimis actionibus. Hinc datur creditori actio hypothecaria adverſus omnes poſſeſſores ad perſequendum pignus, & ſi nomen ſit pignori datum, datur actio perſonalis utilis. *l.* 13. §. 2. *h. t l.* 18. *l.* 20. *de. pign. act.* Interim ſi contra debitorem hæc actio inſtituitur probandum tantùm illum rem oppignoratam poſſidere. *arg. l.* 41. *de pign. act.* ſi contra tertium ſimul probandum, debitorem tempore pignoris conſtituti fuiſſe b. f. poſſeſſorem. *l.* 18. *ff. h. t.* habet tamen hic beneficium excuſſionis. *Nov.* 4. *c.* 2. *Auth. Hoc ſi. C. de pignor.* Spectat huc actio ſerviana & quaſi ſerviana, de quibus §. 7. *J. de act.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Lex Commiſſoria pignori, etiamſi juramentum additum fuiſſet, adjici non poteſt. *l. fin. C. de pact. pign.*

J. Can. Propter Juramentum adjectum, hoc pactum eſt ſervandum arg. *c. cum contingat. X. de jurejurand. c. ſignificante X. de pign.* ibi *pacto tali.*

J. Civ. Antichreſis indiſtinctè eſt approbata *l.* 14. 17. *C. de uſur.*

J. Can. Antichreſis ob uſurarum prohibitionem improbata eſt. *c.* 6. *X. de pign.* in certis tantùm caſibus permiſſa, de quibus vid. *c.* 1. *X. de feud. & c.* 16. *x. de uſur.*

TIT.

TIT. XXII.
De Fidejuſſoribus.

§. I. **F**Idejuſſio *eſt contractus verbalis, quo quis alienæ obligationi ità accedit, ut quod alius debet, ſe ſoluturum promittat, ſalvo manente debito principali.* Fidejuſſores ergo ſunt, qui alienam obligationem in fidem ſuam recipiunt. Sunt hi autem vel *neceſſarii* qui ex neceſſitate hypothetica conſtitui debent ab his, qui ad ſatisdandum de jure obſtricti ſunt, vel *voluntarii.* Alii *judiciales* qui iterum vel *vades* qui ob cautionem judicio ſiſti, vel *prades* qui ob cautionem judicio ſolvi conſtituuntur. Vinn. *ad pr. J. de fidei.* Alii *Extrajudiciales.* Aut *principales* aut *ſuccedanei* ita ratione perſonæ acceſſoriæ dicti, quod principalis obligationem in fidem ſuam recipiant. Vel *ſimplices*, qui ſimpliciter fidejubent, vel *indemnitatis*, ratione modi ità dicti, quod in ſubſidium ſe obligent.

§. 2. Quædam perſonæ fidejubere non poſſunt, uti mulieres, milites *l. 8. §. 1. qui ſatisd. cog. l. 31. C. locat. l. 15. C. de re mil.* Clerici. *Nov. 123. c. 6.* qui tamen jure noſtro Canonico non ſimpliciter arcentur. *c. 1. x. h. t.* ſed tunc tantum, ſi per aſſiduas fidejuſſiones ſe negotiis ſecularibus immiſcent, ne ita à divinis abſtrahantur. Ità etiam fidejuſſionem Clericus pro ſe conſtituere poteſt, ſi aſſignet fructus beneficii ſui. *c. 2. x h. t.* Horum enim dominus eſt, ut demonſtrat Gonzal. *ad c. 2.* Ex religioſorum, qui bona propria & patrimonialia non habent, fidejuſſione Eccleſia vel monaſterium non tenetur, niſi manifeſtè conſtet,

fide-

fidejuſſionem eſſe factam in utilitatem monaſterii, aut conſenſus Abbatis abſit, aut majoris partis Capituli. *c. pen.* x. *h. t.*

§. 3. Fidejuſſores habent tria beneficia (1) Beneficium *ordinis* ſive *Excuſſionis*, quo fidejuſſor ante debitorem conventus petit, ut prius excutiatur debitor. *Nov* 4. *Auth. præſente. C. h. t.* hoc tamen beneficio non indiget fidejuſſor indemnitatis, qui demum ipſo jure in ſubſidium obligatur. Zoeſ. *ad ff. h. t. n.* 24. (2) Beneficium *diviſionis*, quod inter plures fidejuſſores locum habet, ut dividatur inter eos obligatio, ne in ſolidum conveniantur; Requiritur autem in ſpecie, ut re verâ ſint confidejuſſores, neque enim ei locus eſt inter fidejuſſorem primum & ſuccedaneum. *l.* 27. §. 4. *ff. h. t.* (3) Beneficium *cedendarum actionum*, ut ſcil. fidejuſſor non ante ad ſolvendum adſtringi poſſit, niſi creditor ei ceſſerit actiones ſuas adverſus cæteros confidejuſſores, aliquando etiam contra ipſum debitorem, ſi pro invito fidejuſſerit. *l.* 17. *l.* 41. §. 1. *l.* 36. *l.* 39. *ff. h. t. l.* 76. *de ſolut.*

TIT. XXIII.
De Solutionibus.

§. I. SOlutio eſt actualis rei debitæ præſtatio animo obligationem tollendi facta. Dividitur in veram & fictam, hæc alio nomine vocatur acceptatio. Hic agitur de vera, quæ non ſolum ab ipſo debitore fieri poteſt, ſed etiam nomine ejus à tertio, ipſo quoque invito, quo caſu tamen ſolventi nullus datur regreſſus per *l.* 40. *ff. mandati*, niſi actiones ſibi à creditore cedi curavit

ravit. Fit ſolutio creditori vel ejus procuratori *l.* 1. *pr. ff. h. t.* cui ſimilis eſt tertius ſolutionis gratiâ adjectus. *l.* 12. §. 1. *ff. eod.*

§. 2. Objectum ſolutionis eſt res in genere talis, ita ut & ſpecies & facta comprehendat, & quidem debita in eadem bonitate & qualitate, quæ fuit tempore contractus, nec non in eadem quantitate. Hinc aliud pro alio invito creditori ſolvi nequit *pr. J. h. t.* nec particularis ſolutio fieri poteſt *l.* 9. *C. eod.* neceſſitas tamen vel utilitas publica aliquando ſubſidiariam præſtationem, quæ conſiſtit in æſtimatione vel præſtatione ejus, quod intereſt, admittit, v. gr. ſi res non amplius poſſit præſtari. *l.* 5. §. 4. *Commod.* ſi creditori non amplius integrum ſit, illam accipere. *t. t. ff. de cond. tritic.* ſi propter calamitatem belli adſit pecuniæ inopia. Rec. Imp. *de an.* 1654. §. 172.

§. 3. Succeſſor in beneficio & Prælatura tenetur ſolvere debita ab anteceſſore contracta, ſi nomine Eccleſiæ pro debita neceſſitate ac utilitate ejuſdam ſint contracta *c. X. h. t.* ſecus, ſi anteceſſor contraxit nomine ſuo, niſi debitum fuerit contractum pro ſuſtentatione Epiſcopi, aut infirmitate Prælatorum, quibus Eccleſia ad alimenta tenetur. *c.* 3. *ibique Abbas. X. de pignor.* Speciale privilegium Clerici habent ſimile beneficio competentiæ, indultum à Gregorio IX. in *c.* 3. *h. t.* cui privilegio renunciare non poſſunt, quia conceſſum eſt ordini clericali. Barboſ. l. 2. *J. Eccl. c.* 39. *n.* 4. Prælatus Eccleſiam pro alienis obligans debitis ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium ſuſpenditur. *c.* 2. *X. h. t.*

TIT.

TIT. XXIV.

De Donationibus.

§. I. DOnatio, generaliter, eſt actus liberalis, quo nullo jure cogente in alium quid transferimus liberalitaiis exercendæ gratiâ. *l.* 29. *ff. h. t.* Fit vel *inter vivos* vel *mortis cauſa*, *illa* eſt, quâ irrevocabiliter per pactum ſine reſpectu ad caſum mortis, gratis quid in alterum transfertur, liberalitatis exercendæ gratiâ. *Hæc* fit propter mortis ſuſpicionem. Alia quoque donatio eſt ſimplex, alia ſub modo, alia remuneratoria.

§. 2. Requiritur ad donationem inter vivos, *ut* donator liberam rerum ſuarum habeat adminiſtrationem. *l.* 14. *C. h. t. ut* ſpecialis ratio civilis donantibus non obſtet *t. t. ff. de donat. int. V. & U. ut* voluntatem donandi ſufficienter declarent. *l.* 20. *C. h. t. ut* donatarius acceptet donationem. *l.* 55. *de O. & A.* niſi ſit remiſſio debiti. *l.* 53. *de ſolut.* imo donatio facta Eccleſiæ vel ad alias pias cauſas, ſola promiſſione donantis facta ſubſiſtit. vid. *l.* 23. *pr. de S S. Eccleſ. ut* donatarius habeat voluntatem & facultatem acceptandi vid. *l.* 6. §. 3. *de off. proc. ut* alienatio rerum donatarum permiſſa ſit; *ut* quatenus excedit 500. ſolidos inſinuetur judici; *Ut* jus perfectum rei donatæ irrevocabiliter in donatarium transferatur *l.* 2. 3. 5. *l. fin. C. de Revoc. don.*

§. 3. Aliquando tamen ex juſta cauſa revocatio indulgetur utpote (1) Si per illam læſa eſt liberorum legitima *t. t. C de inoff. don.* (2) ob ſupervenientiam liberorum *l.* 8. *C. de revoc. don.* modo

donans

donans tempore donationis nec liberos habuit, nec de iis cogitavit, *arg. l. 102. de cond. & dem.* (3) ob ingratitudinem, ubi tamen gravis v. gr. atrox injuria requiritur. *l. f. C. de rev. don.* Revocatio tamen hæredi denegatur. *c. l. f.* ut & regulariter contra hæredem *l. 7. C. eod.*

§. 4. Clerici de bonis ſuis patrimonialibus rectè donant, ut & quaſi patrimonialibus, deque bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis. Prælatus quoque certis in caſibus res Eccleſiæ donare poteſt, ſi ſc. donatio fiat modicè, aut Epiſcopus in Diœceſi ſua monaſterium vel Eccleſiam aliquam conſtruere ac dotare velit ex rebus Eccleſiæ, cui præſidet, modo dos definitam quantitatem quinquageſimæ vel centeſimæ partis redituum illius Eccleſiæ non excedat *c. 9. X. h. t. c. 74. 21. qu. c. 3. 3b t.* Donationes tamen vel conceſſiones Eccleſiarum & beneficiorum nondum vacantium ab Epiſcopis vel Prælatis fieri non poſſunt privatis. *c. 4. h. t.* Hoſpitalarii ſe ſuamque domum aliis religioſis locis donare & ſubjicere poſſunt, ſalvo jure Diœceſani. *c. 8. X. eod.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Summa excedens 500. ſolidos & non inſinuata revocari poteſt quoad exceſſum. *l. 34. l. 35. C. h. t.*

J. Can. Exceſſus talis per juramentum validari poteſt, ut etiam abſque inſinuatione ſubſiſtat. *c. ſi vero. c. cum contingat. X. de jurejur. c. licet. de jurejur. in 6.*

J. Civ

J. Civ. Donatio ſub modo, modo non impleto, revocari poteſt. *l.* 1. *C. de donat. quæ ſub modo.*

J. Can. Eccleſiæ facta talis donatio eſt irrevocabilis, licet modus non impleatur. *c. verum.* x. *de cond. oppoſ.*

J. Civ. Donatio inter virum & uxorem conſtante matrimonio regulariter prohibita eſt, etiamſi juramentum fuiſſet adjectum *t. t. ff* & C. *de don. inter V. & U.*

J. Can. Tales donationes jurejurando firmari poſſunt, per generalem rationem in *c. cum contingat. c. ſi vero. c. veniens.* x. *de jurejur.*

TIT. XXV.

De Peculio Clericorum.

§. I. PEculium hoc loco ſignificat bona Clericorum, quæ hi ſeparatim à bonis ad Eccleſiam ſpectantibus poſſident. Eſtque triplex, ſc. Patrimoniale, quaſi patrimoniale & profectitium. Vallenſ. *h. t. n.* 1. Wagn. *ad rubr. h. t. not.* 3. Patrimoniale eſt, quod continet bona quæ ex ſucceſſione, donatione, vel etiam aliunde quam officii ratione veniunt; induſtriale ſeu quaſi patrimoniale eſt, quod conſtat bonis induſtriâ ſpirituali ex Extraordinariis functionibus, veluti miſſis, votivis & ſimilibus acquiſitis, quo etiam pertinent reditus ſtolæ. Profectitium, ſive intuitu Eccleſiæ acquiſitum, continet merè Eccleſiaſtica bona, reditus ſcilicet & proventus ex titulo perceptos.

§. 2. In peculio *Patrimoniali* Clerici, quoniam per Clericatum non fiunt incapaces Dominii. *c.* 18. 12. *qu.* 1. plenam tam inter vivos quam per ulti-

mam voluntatem diſponendi habent licentiam. *c.* 9. *X. de teſtam.* In *induſtriali* eandem licentiam diſponendi habent Clerici quam in priori, ſive curam animarum habeant, ſive non. Vallenſ. *h. t. n.* 3. Ratione *profectitii* Clerici inter vivos, quoad congruam ſuſtentationem, diſponere poſſunt. *c.* 16. *X. de præb.* ſed teſtari prohibentur, cum illa bona Eccleſiæ, unde provenerunt, debeant remanere. *c.* 1. *X. de teſtam.* Niſi ex privilegio, conſuetudine, vel alia rationabili cauſa, ea ad Clericum pertineant. *c. præſenti §. porrò. de offic. ord. in* 6. Si Clerici bona ita ſint confuſa, ut quid patrimoniale vel ab Eccleſia ſit, ſecerni non poſſit, in quatuor partes ea dividentur & una pars Eccleſiæ, altera Epiſcopo, tertia pauperibus, quarta parentibus aſſignabitur. *c. ſanct.* 2. *de ſucceſſ. ab inteſt.* Hactenus tamen dicta non pertinent ad Religioſos & ſic nec ad Abbates. *c.* 2. *de teſtam. c.* 11. 12. *qu.* 1. Hi enim nihil proprii habent.

TIT. XXVI.

De teſtamentis & ultimis voluntatib'

§. I. Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult. *l.* 1. *ff. h. t.* Reſpiciendum in teſtamento (1) ad teſtorem (2) ad modum teſtandi. In *teſtatore* requiritur mentis integritas, mentis libera & plena libertas, legalis aptitudo. Hinc excluduntur impuberes, furioſi, prodigi, ebrii &c. Excluduntur teſtamenta vi metuque, vel perſuaſionibus urgentibus extorta, in alienum arbitrium

bitrium collata &c. Excluduntur aliqui ob ſtatum, ut filiifamilias, Abbates, Abbatiſſæ. *c.* 2. *h.t.* alii ob crimen, ut carminis famoſi damnati, hæretici, Apoſtatæ, &c.

§. 2. Quoad *modum teſtandi* requiſita variant, prout teſtamenta; Alia enim ſunt *publica*, alia *privata*; *Illa* vel *Principis* vel *judicis* authoritate nituntur. Privatum teſtamentum eſt vel *ſolenne*, vel *minus ſolenne*; *Illud* vel *ſcriptum* vel *nuncupativum*; *Hoc* complectitur teſtamentum *militis*, *parentum inter liberos*, *tempore peſtis* conditum, *ad pias cauſas*, & *ruſticorum*. Requiſita cujuſque teſtamenti petenda ſunt ab interpretibus juris Civilis.

§. 3. Specialia juris Canonici ex ſequentibus differentiis juris Civilis & Canonici facilè perſpici poſſunt; Interim hoc loco de Portione Canonica paucula tractabimus; Eſt verò *Canonica Portio*, quæ de relictis & proventibus Eccleſiæ obvenientibus detrahitur & Prælatis debetur. *Lancell. hic.* Eſtque vel *Parochialis* vel *Epiſcopalis*; *Illa* eſt, quæ Parochiali Eccleſiæ vel ejus Rectori debetur; Ne Rectores parochialis Eccleſiæ, vel ii quibus cura animarum eſt commiſſa, debitis fraudentur ſubſidiis. *Clem.* 2. *&* *c.* 8. *ſeqq. de ſepult. c.* 23. 12. *qu.* 2. Eſtque vel quarta pars ejus quod relictum, vel tertia, vel dimidia. *d. c.* 8. *c.* 9. *eod. d. c.* 23. Detrahitur ex rebus, quæ quis ægritudine correptus, in alia Eccleſiæ, quam in quâ quis officia divina audit & ſacramenta percipit, ſepulturam eligens, ei reliquit; Exceptiones vide in *c.* 10. *X. de ſepult. c. fin. de teſtam.*

§. 4. Portio Canonica *Epiſcopalis* eſt, quæ de relictis alicui Eccleſiæ pro anima, ab Epiſcopo propter onus Epiſcopale, quòd ei incumbit, deducitur. *c.* 15. *X. h. t.* Debetur ei, niſi quadragenaria obſtet præſcriptio. *c.* 4. *de præſcr.* licet teſtator expreſſerit, ſe velle Eccleſiæ non Epiſcopo eſſe relictum. *d. c.* 15. Deducit etiam eam Eccleſiâ, ſi extraneus, non ſi propinquus. ſimpliciter rem aliquam Epiſcopo relinquat, niſi is expreſsè voluerit, Epiſcopi illud eſſe, non Eccleſiæ *d. c.* 15. De quibus tamen parochialis non detrahitur, nec Epiſcopalis detrahitur. *d c. X. de ſepult. d. c. fin. de teſtament.* vid. infra *pag.* 169. §. 2.

DIFF. JUR. UTR.

J. Civ. In teſtamento ſolenni ſeptem teſtes ſpecialiter ad id rogati requiruntur. *l.* 21. C. *de teſtam. l. fin.* C. *fideicom.*

J. *Can.* Coram Presbytero & duabus vel tribus perſonis idoneis factum teſtamentum firmum manere jubetur, ſub pæna anathematis. *c. cum eſſes.* 10. *& ſeq.* X. *de teſtam*

J. *Civ.* Epiſcopi & Adminiſtratores Eccleſiarum non poſſunt teſtari de bonis, quæ propriâ induſtriâ vel laboribus ſuis acquiſiverunt, ſed omnia coguntur relinquere Eccleſiæ. *Auth. Licentiam.* C. *de Epiſc. & Cleric.*

J. *Can.* Poſſunt teſtari ac diſponere pro libitu de bonis propriis, aliter quam contemplatione Eccleſiæ quæſitis ex ſua induſtria & facultatibus, *vid. ſupra tit. de pecul.* Cleric. *c. ſint manifeſta res.* 21. 12. *qu.* 1. *c* 4. 12. *qu.* 5.

J. Civ.

J. *Civ.* Non valet hæredis inſtitutio in alterins arbitrium collata. *l.* 32. *l.* 68. *ff de hæred. inſtit.*

J. *Can.* Qui extremam diſpoſitionem in alterius voluntatem committit, non videtur inteſtatus deceſſiſſe. *c. cum tibi* x. *de teſtam.*

J. *Civ.* Tres actiones competunt legatario ad conſequendum legatum, Perſonalis ex teſtamento, Rei vindicatio, & hypothecaria. *l.* 2. C. *Comm. de leg.* §. *ſed olim.* J. *de leg.*

J. *Can.* Quartum adjectum eſt remedium ſcilicet condictio ex Canone, ſeu imploratio officii Epiſcopi. *c* 6. x. *de teſtam.*

J. *Civ.* Filius fidei commiſſo gravatus præter legitimam Trebellianicam deducere nequit Schilt. *ad ff. Ex.* 40. § 16.

J. *Can.* Duarum quartarum deductione gaudet gravatus filius. *c. Raynutius.* 16. *c. Raynaldus.* 18. x. *de teſtam.*

TIT XXVII.

De ſucceſſionibus ab inteſtato.

§. I. SUcceſſio Clericorum ab inteſtato obtinet, ſi ſine teſtamento decedant; ubi tamen non ſecundum jus Civile ſed ſecundum jus Canonicum computatio graduum fit. Engel. *h. t.* *n.* 21. quoad modum autem ſuccedendi diſtinguunt Canoniſtæ inter peculia. In patrimonialibus & proprio labore quæſitis bonis, ad quæ Engel. refert quoque parſimonialia (1) Liberi ex legitimo matrimonio ante ſacerdotium procreati, vel etiam liberi à Clericis ordinum minorum juxta *Concilium Trid.* (2) Parentes, cumque iis fratres Ger-

mani eorumque liberi (3) Collaterales & (4) His deficientibus Eccleſiæ Clericis ſuccedunt. *c.* 1. *h. t. c.* 2. 12. *qu.* 4.

§. 2. In bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis ſuccedit Eccleſia ſive collegium Clericorum. *d. c.* 1. In pleriſque tamen locis conſuetudo admittit ad bona etiam ex fructibus beneficii acquiſita proximos defuncti excluſâ Eccleſiâ. Zoeſ. *de ſucceſſ. ab inteſt. n.* 4. Exceptis bonis, quæ nomine Eccleſiæ vel ad ipſius opus comparata ſunt. Vallenſ. *h. t. n.* 8. A ſucceſſione feudali Clerici æque ac Monachi arcentur per *text.* 2. *feud.* 76. §. *qui clericus.* etiamſi poſt delatam ſucceſſionem habitum depoſuerint. 2. *F.* 30. §. 2. Struv. *Synt.* J. *F. c.* 9. *aph.* 9. vid tamen Roſenthal. *c.* 7. *concl.* 30. Vult. *de feud. c.* 8. *n.* 95.

TIT. XXVIII.
De Sepulturis.

§. I. Sepulturæ fiunt in loco religioſo puta cœmiterio Eccleſiaſtico. Epiſcopus facit locum religioſum, Conſecrando locum purum. *c.* 4. *de relig. dom.* Quiſque ſibi ſepulturam eligere poteſt. *c.* 7. 13. *qu.* 2. *c.* 1. *c.* 3. *h. t. c.* 4. *eod. in* 6. Niſi ſit filiusfamilias impubes. *c.* 7. *eod.* quem pater aut cum majoribus ſuis, aut in Eccleſia parochiali, aut ubicunque voluerit, ſi id loci conſuetudo admittat, tumulare debet. *c. pen. eod. in* 6. Inter virum & uxorem in electione ſepulturæ diſtinctio nulla adeſt *d. c.* 7. *in* 6. Si quis ſibi ſepulturam aliam non elegerit, in Eccleſia parochiali, aut ejus cœmiterio, vel ſi habeat, in ſepulchro majorum

jorum ſepeliri debet. *c.* 1. *X. h. t.* ſi uxor ſepulturam non elegerit, ſepelienda in ſepulchro ultimi mariti. *c.* 2. *&* 3. 13. *qu.* 2. *c.* 3. *eod. in* 6.

§. 2. Si ſepultura alibi eſt electa, Eccleſiæ à qua divina officia audire & Eccleſiaſtica ſacramenta percipere conſuevit, canonica portio præſtari debet. *c.* 2. *eod. in* 6. Eſt autem portio canonica pro loci conſuetudine vel tertia vel quarta vel dimidia de eo, quod pro anima ſua Eccleſiæ, in qua ſepeliri voluit, reliquit *c.* 1. *ubi Gl. & c.* 9. *eod. in* 6. Si quis duo habeat domicilia, & in loco tertio ſepulturam elegerit, portio inter utriuſque domicilii Eccleſias dividetur. *c.* 2. *eod. in* 6. vid. ſupra *pag.* 165. §. 3. *ſeq.*

§. 3. Celebratur ſepultura eccleſiaſticè, more & ſolennitatibus conſuetis, cum lumine, pſalmis & ſacris orationibus. *c.* 28. 13. *qu.* 2. item oblatione ubi fit defuncti commemoratio. *c.* 12. 23. *qu* 5. isque in loco ſacro terrâ operitur accedente aquâ benedicta & plerumque thurificatione, convocatione cleri *c.* 1. *de privil. ext. com.* & populi.

§. 4. Denegatur tamen Eccleſiaſtica ſepultura Excommunicatis. *c.* 2. *in pr. de hæret. in* 6. *c.* 18. *de privil. in* 6. interdictis *d. c.* 18. uſurariis manifeſtis. *c.* 2. *de uſur. in* 6. Judæis, Paganis, Hæreticis. *c.* 8. *de conſec. diſt.* 1. Decimas Eccleſiæ poſſidentibus & non reſtituentibus *c.* 19. *de decim.* Nova vectigalia ſine principis conſenſu imponentibus *c.* 10. *de cenſib.* furibus & latronibus *c.* 2. *de furt.* raptoribus. *c.* 2. *de rapt.* in Deum & ſanctos blaſphemis. *c.* 2. *de maledicis.* Sacramentum pœnitentiæ quotannis, Sacramentum Euchatiſtiæ cum poſſet, in quolibet

feſto paſchatis non ſuſcipientibus. *c. 12. de pœnit. & remiſſ.* ſeipſum interementi. *c. 12. 23. qu. 5.* &c. qui tamen puram egerunt confeſſionem ac dignam pœnitentiam, eis nec communio nec Eccleſiaſti. ſepultura denegatur. *c. 30. C. 13. qu. 2. c. fin. h. t.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Corpora mortuorum extra civitatem ſub pœna 40. aureorum ſepelienda ſunt. *l. 3. ff. de ſepul. violat. l. 12. C. de rel. & ſumt. fun.*

J. Can. Non ſolum in cœmitertis ſed etiam templis & Pomœriis intra civitatem demortui ſepulturæ traduntur. *t. t. X. h. t. c. 17. 2. qu. 13.*

J. Civ. Quiſque locum religioſum facere poteſt. *t. t. ff. de religioſis & ſumt.*

J. Can. Authoritas Epiſcopi requiritur. *c. 4. X. de relig. dom. Innoc. ad c. 13. X. h. t.*

TIT. XXIX
De Parœciis & alienis Parœcianis.

§. I. P*Arœcia* nomen habet à græco παροικεῖν quod ſignificat *cohabitare* ut parœcia idem ſit, quod cohabitatio, ſive vicinia. *Parochia* autem derivatur à παρέχειν quod *præbere* ſignificat, quia Parochi populo ſibi commiſſo pabulum divini verbi & ſacramenta præbent. Eſt ergo parochia ſive parœcia in noſtro ſignificatu locus circumſcriptus, in quo degit populus alicui Eccleſiæ deputatus; Ein Kirchſpiel / Eine Pfarrkirche / ad cujus conſtitutionem ſuffi. ciunt 10. diſtinctæ domus, *c. 3. 10. qu. 3.*

§. 2. Dependet à Parochia Eccleſia parochia-

lis,

lis, quæ populum certis limitibus diſtinctum habet cum poteſtate fori interni ſeu pœnitentialis; ac adminiſtrandi ſacramenta; ſufficit ergo poteſtas fori pœnitentialis licet baptiſmus alibi peragatur. Fagnan. *ad c. 29. X. de decim.* Porrò à Parochia denominantur parochiani qui intra parochiæ limites habitant, ſuntque vel ſimpliciter tales, vel cum officio aliquo conjuncti ut ſeniores populi ſive presbyteri laici, qui Eccleſiæ inſerviunt, Kirchen Vorſteher.

§. 3. Dividuntur Parochiæ in ruſticas & urbanas. Ruſticæ ſunt vetuſtiores urbanis. Gonz. *ad c. 2. X. h. t.* Jura, quæ parochias comitantur, vocantur Parochialia & conſiſtunt v. gr. in eo, quod Parochiani debeant Miſſam in propria parochia *c. 2. h. t.* nec alibi verbum divinum audire; Quod Sacramenta in ſua parochia debeant percipere *c. 12. de pœnit.* Nuptias ibidem celebrare, atque mortuos ſepelire. *Clem. 2. de ſepult.* Decimas primitias & oblationes ſolvere. *t. t. de dec. prim. & obl.* Reverentiam & obſequium paſtoribus exhibere, alimenta paſtoribus emeritis præſtare, ſi reditus ordinarii deficiant ſumtus ad reparationem Eccleſiarum conferre &c.

TIT. XXX.

De Decimis Primitiis & oblationib⁹.

§. I. DEcimæ, *formaliter* conſideratæ ſunt decima fructuum vel lucri, Deo debita, portio. *c. 14. c 26. X. h. t. materialiter* quota, non ſtrictè decima, portio eſſe poteſt. Dividuntur decimæ in prædiales & perſonales. *Prædiales* ſeu

reales

reales ſunt, quæ de fructibus, ut, frumento, uvis, pomis ſumuntur. *c.* 3. *c.* 4. *ſeqq.* 16. *qu.* 1. *Perſonales* ex lucro, quod quis ſua induſtriâ ſeu negotiatione fecit, deducuntur. *c. ex transmiſſa.* 23. *h. t. Illas* debent Judæi *c.* 16. *eod. c. pen. de uſur.* nec non clerici regulares atque monachi, & in genere quicunque poſſeſſores, quia onus eſt reale. *c.* 8. *h. t.*

§. 2. Perſonales debentur ei parochiæ in qua quis ſacramenta percipit, licet alibi lucrum ſit factum. *c.* 20. *X. h. t.* deductis tamen impenſis. Prædiales ei debentur Eccleſiæ in cujus territorio ipſa prædia ſita ſunt, niſi conſuetudine aut lege aliud ſit ſtatutum. *c.* 18. *c.* 20. *h. t. c. ult. de paræc.* Præſtantur ſine deductione impenſarum *c.* 28. *hic.* ut & ſine deductione cenſuum & tributorum. *c.* 33. *eod.*

§. 3. Omnes regulariter decimas ſolvere tenentur. *c.* 24. *X. h. t.* Niſi ab iis ſolvendis ſint *immunes*, aut ſpeciali privilegio Pontificis. *c.* 26. *eod.* exemti. Sunt autem *immunes* v. gr. Clerici & alii religioſi. *c.* 2. *eod. c.* 45. *de decim.* Niſi præ-dia non propriis laboribus, ſed per colonos colant. *c.* 46. 16. *qu.* 1. vel: niſi ſint conjugati *d. c.* 2. vel: niſi prædia à laicis comparaverint. *c.* 4. *c.* 34. *X. h. t.* aut: niſi prædia conduxerint. *c.* 8. *h. t.* vel: ſint vetera. *c. ex parte* 10. *eod.* Novale enim prædium eſt ager nunc primum ad culturam redactus, de quo, quod aliquando cultus fuerit, memoria non extat. *c.* 1. *de Verb ſignif.* Si decimæ non ſolvantur, actio competit confeſſoria ad eas peten-

petendas; imò detractans excommunicationis ſententiâ ad ſolutionem poteſt compelli. *c. pervenit. 5. eod.*

§. 4. *Primitiæ* ſunt primæ fructum obventiones Deo offerendæ. *Exod.* 22. parocho præſtandæ. *c.* 21. *c.* 23. 16. *qu.* 1. aut clericis, qui pro offerentibus preces fundunt. *c. Eccleſiaſ.* 13. *qu.* 1. antequam uſibus noſtris ſecundæ deputentur. *c.* 13. *de Verb. ſign.* Debentur primitiæ non tantum de fructibus terræ & aliis, ſed etiam de hominibus & animalibus primogenitis *jure Moſaico.* De Jure Canonico non debentur ex præcepto ſed tantum ex conſilio, niſi vel (1) Conſuetudine loci ſint probatæ, (2) Miniſtri Eccleſiæ indigeant, quibus caſibus exigi à parochianis poſſunt. Quantitas, quæ inter quadrageſimam & ſexageſimam partem eſt, cenſetur eſſe legitima *c.* 1. *X. h. t.* ubique *Gonzal. & Zoeſ.*

§. 5. *Oblatio* eſt voluntaria & ſpontanea præſtatio, quam Chriſtiani Sacerdotibus pro peccatis ſuis ad Altare offerunt. *c.* 13. 10. *qu.* 1. Accipi tamen non debent oblationes ab illis, qui pauperes opprimunt, qui liberos exheredarunt, qui ſunt excommunicati, qui ſunt ſacrilegi, raptores, uſurarii, meretrices &c. Quantitas offerenda non in certa ſumma conſiſtit. *c.* 28. 24. *qu.* 1 ſed in bona ſinceraque offerentis voluntate, in fide chriſtiana & caritate. *c.* 62. *ſeqq.* 1. *qu.* 1. Quod autem ſemel Deo dicatum, non revocandum, nec retinendum eſt, *c.* 3. *ſeqq.* 17. *qu.* 4.

DIF.

J. Civ. Non de neceſſitate ſed ex voluntate decimæ præſtantur. *l.2.* §. 2. *l.* 6. *in pr. de pollicitat.*
J. Can. De neceſſitate præſtari debent decimæ. *c. à nobis* 24. *& ſeqq. X. de decim.* ſub hac execratione: *Decimam niſi dederis, ad decimam vocaberis.* c. 66. 16. *q.* 1. h. e. *Gloſ.* interprete: Dœmonibus ſociaberis, qui ſunt decima pars angelorum.

TIT. XXXI.
De Regularibus & tranſeuntibus ad religionem.

§. I. Regulares ſunt, qui votis paupertatis, caſtitatis & obedientiæ ſunt obſtricti, & ſe imperio Prælati ſub certa & probata vitæ regula ſubjecerunt; ſuntque vel *Canonici regulares*, vel *Monachi.* Fiunt regulares vel *paternâ devotione*, vel *propriâ profeſſione*, vel *emiſſione voti. C. Monachum.* 3. 20. *qu.* 1. Paterna devotio filium impuberem religioni offert, cui, ſi poſt pubertatis annum, profeſſionem ratam habuerit, pœnitentiæ locus ulterius non datur. c. 12. *X. h. t.* c. 10. 20. *qu.* 1

§. 2. Eſt verò *Profeſſio*, certæ religionis ſolennis promiſſio, quâ quis ſe ad obſervationem certæ alicujus monachalis regulæ obſtringit. *Hoſtienſ. §. ad quid verb. profeſſio. h. t.* Fitque vel *expreſſè* vel *tacitè*. *Expreſſè*, cum quis poſt annum probationis coram Abbate, Priore aliove Prælato, vel ab eo mandatum habente, univerſo conventu præ-

ſente habitum monachalem ſuſcipiens in ſcriptis c. *vidua*. 20. *qu*. 1. c. *omnes fœmine*. 27. *qu*. 1. vota conſueta promittit. *ſpecul. ad h. t. tacitè* fit profeſſio, cum ex ſufficientibus conjecturis colligitur. v. gr. ſi poſt probationis tempus in monaſterio manens habitum retinuerit, modò novitiis & profeſſis habitus ſit communis, ſi diſtinctus, profeſſorum habitum ſuſceperit. c. 23. *h. t. Clem*. 2. *de regul*. c. 3. *hic in* 6.

§. 3. Probationis tempus eſt anni ſpatium, ut Prælatus poſſit mores Novitii ſpectare. c. 20. & c. *pen*. *X. h. t.* Ante Profeſſionis tempus expletum, poſſeſſionem ſi Prælati admittant, puniuntur. c. 16. *h. t.* Ætas legitima olim erat pubertâs. c. *ad noſtram* 8. *h. t.* ſed hodiè ex decreto Concilii Tridentini in quacunque religione profeſſio ante decimum ſextum annum admitti nequit. *Seſſ*. 25. c. 15. *de Reg*. Profeſſus ab una religione ad aliam, niſi ſtrictiorem, tranſire nequit. c. 10. *h. t.* petitâ tamen prius facultate à ſuo Prælato. c. 18 *eod*.

TIT. XXXII.

De Converſatione Conjugatorum.

§. I. Conjugati mutuo conſenſu ambo religionem ingredi poſſunt, aut altera pars ſaltem caſtitatem promittere debet, ſi non ſuſpecta ſit de incontinentia c. 4. c. 18. *h. t.* Qui verò invitâ vel ignorante uxore religionem profitetur, ea repetente, cogitur ad uxorem redire. c. 3. *X. h. t.*

§. 2. Quodſi uxor moriatur, aliam ducere nequit, quia ſemel vovit caſtitatem, quamvis non ſit

diſpenſat. vid. *c*. 5. 7 9. *h. t.* Regulariter tamen diſpenſatio omnibus Prælatis competit, qui attendunt, *quid liceat ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem, quid expediat ſecundum utilitatem c. 7. X. h. t.*

TIT. XXXV.
De ſtatu Monachorum & Canonicorum regularium.

§. I. STatus Monachorum in genere conſiſtit in eo, ut (1) Regulam ordinis, quem profeſſi ſunt, diligenter ſervent. (2) Veſtibus præſcriptis utantur. *c.* 3. *c.* 4. *h. t.* (3) In monaſteriis permaneant *c.* 1. & 8. 16. *qu.* 1. ad quod tamen arctius obligantur Moniales quam Monachi *per c. un. h. t. in* 6. (4) Nihil proprii, nec peculium niſi adminiſtrationis gratiâ, ipſis conceſſum habeant. *c.* 2. *h t.* (5) Viſitationi conſuetæ ſubjecti ſint.

§. 2. Præter regulas generales quatuor, utpote: *Baſilii*, *Benedicti*, *Auguſtini*, *Franciſci* (à quibus tanquam à fontibus, cæteræ religiones omnes, exceptâ Carthuſienſi, manant) quælibet religio Monachorum ſuas proprias regulas jejunii, ſilentii; certarum precum, & mortificationum, abſtinentiæ à carnibus & alias habet, quas quilibet author & Conditor ſuis præſcripſit, adeoque ab omnibus ejusdem ordinis religioſis obſervandæ ſunt; Ut autem regula obſervetur jure cautum eſt, ut in ſingulis regnis ſive provinciis de triennio in triennium convocetur commune capitulum

lum ex religioſis in quo eliguntur viſitatores, qui ſingulas Abbatias, ejus regni ſive provinciæ non ſolum Monachorum, ſed etiam Monialium viſitent,& ea quæ reformatione indigent, reforment. *c.*7.*&* 8. *h.t.* Conc. Trid. *Seſſ.*25. *de Reg.c.*8.

§. 3. Canonici regulares conveniunt quidem cum Monachis quoad tria vota religionis ſubſtantialia, differunt tamen eb eis juxta *c.* 5. *h. t.* quoad pœnas & odia, quo reſpectu Monachorum appellatione non continentur, nec non in eo, quod regulam laxiorem profiteantur, unde etiam ad monachos jure tranſire poſſunt. Poſſunt quoque Canonici regulares regimini Eccleſiæ ſecularis præfici, cum illorum profeſſioni non repugnet regimen Eccleſiaſticum. Gonz. ad *d. c.* 5.

TIT. XXXIV.

De religioſis domibus, ut Epiſcopo ſint ſubjectæ.

§. I. Religioſæ domus (aliter *hoſpitales. c. ſancitum*, 23 *qu.*8. aut *eleemoſynariæ*, *Clem.* 2. *de preb.*) ſunt quæcunque religionis vel pietatis intuitu extructæ, utpote v. gr. *Xenodochia*, ubi peregrini pauperes recipiuntur, *Orphanotrophia*, ubi orphani nutriuntur. *Bethotrophia* ubi infantes pauperum & expoſiti aluntur. *Noſocomia*, in quibus ægroti pauperes à morbo curantur. *Gerentocomia*, ubi ſenes & valetudinarii ſuſtentantur, aliaque ſimilia.

§. 2. Sunt autem tales religioſæ domus ſive hoſpitalia in duplici differentia: quædam ſunt *religioſa*, quædam *non religioſa*: *Illa* dicuntur, quæ au-

M

feſto paſchatis non ſuſcipientibus. *c.* 12. *de pœnit. & remiß.* ſeipſum interementi. *c.* 12. 23. *qu.* 5. &c. qui tamen puram egerunt confeſſionem ac dignam pœnitentiam, eis nec communio nec Eccleſiaſti- ſepultura denegatur. *c.* 30. *C.* 13. *qu.* 2. *c. fin. h. t.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Corpora mortuorum extra civitatem ſub pœna 40. aureorum ſepelienda ſunt. *l.* 3. *ff. de ſepul. violat. l.* 12. *C. de rel. & ſumt. fun.*

J. Can. Non ſolum in cœmitertis ſed etiam templis & Pomœriis intra civitatem demortui ſepulturæ traduntur. *t. t. X. h. t. c.* 17. 2. *qu.* 13.

J. Civ. Quiſque locum religioſum facere poteſt. *t. t. ff. de religioſis & ſumt.*

J. Can. Authoritas Epiſcopi requiritur. *c.* 4. *X. de relig. dom. Innoc. ad c.* 13. *X. h. t.*

TIT. XXIX

De Parœciis & alienis Parœcianis.

§. I. PArœcia nomen habet à græco παροικεῖν quod ſignificat *cohabitare* ut parœcia idem ſit, quod cohabitatio ſive vicinia. *Parochia* autem derivatur à παρέχειν quod *præbere* ſignificat, quia Parochi populo ſibi commiſſo pabulum divini verbi & ſacramenta præbent. Eſt ergo parochia ſive parœcia in noſtro ſignificatu locus circumſcriptus, in quo degit populus alicui Eccleſiæ deputatus. Ein Kirchſpiel / Eine Pfarrkirche / ad cujus conſtitutionem ſufficiunt 10. diſtinctæ domus, *c.* 3. 10. *qu.* 3.

§. 2. Dependet à Parochia Eccleſia parochialis,

lis, quæ populum certis limitibus diſtinctum habet cum poteſtate fori interni ſeu pœnitentialis; ac adminiſtrandi ſacramenta; ſufficit ergo poteſtas fori pœnitentialis licet baptiſmus alibi peragatur. Fagnan. *ad c. 29. X. de decim.* Porrò à Parochia denominantur parochiani qui intra parochiæ limites habitant, ſuntque vel ſimpliciter tales, vel cum officio aliquo conjuncti ut ſeniores populi ſive presbyteri laici, qui Eccleſiæ inſerviunt, Kirchen Vorſteher.

§. 3. Dividuntur Parochiæ in ruſticas & urbanas. Ruſticæ ſunt vetuſtiores urbanis. Gonz. *ad c. 2. X. h. t.* Jura, quæ parochias comitantur, vocantur Parochialia & conſiſtunt v. gr. in eo, quod Parochiani debeant Miſſam in propria parochia *c. 2. h. t.* nec alibi verbum divinum audire; Quod Sacramenta in ſua parochia debeant percipere *c. 12. de pœnit.* Nuptias ibidem celebrare, atque mortuos ſepelire. *Clem. 2. de ſepult.* Decimas primitias & oblationes ſolvere. *t. t. de dec. prim. & obl.* Reverentiam & obſequium paſtoribus exhibere, alimenta paſtoribus emeritis præſtare, ſi reditus ordinarii deficiant ſumtus ad reparationem Eccleſiarum conferre &c.

TIT. XXX.

De Decimis Primitiis & oblationib⁹.

§. I. DEcimæ, *formaliter* conſideratæ ſunt decima fructuum vel lucri, Deo debita, portio. *c. 14. c 26. X. h. t. materialiter* quota, non ſtrictè decima, portio eſſe poteſt. Dividuntur decimæ in prædiales & perſonales. *Prædiales* ſeu

reales

reales ſunt, quæ de fructibus, ut, frumento, uvis, pomis ſumuntur. *c.* 3. *c.* 4. *ſeqq.* 16. *qu.* 1. *Perſonales* ex lucro, quod quis ſua induſtriâ ſeu negotiatione fecit, deducuntur. *c. ex transmiſſa.* 23. *h. t. Illas* debent Judæi *c.* 16. *eod. c. pen. de uſur.* nec non clerici regulares atque monachi, & in genere quicunque poſſeſſores, quia onus eſt reale. *c.* 8. *h. t.*

§. 2. Perſonales debentur ei parochiæ in qua quis ſacramenta percipit, licet alibi lucrum ſit factum. *c.* 20. *X. h. t.* deductis tamen impenſis. Prædiales ei debentur Eccleſiæ in cujus territorio ipſa prædia ſita ſunt, niſi conſuetudine aut lege aliud ſit ſtatutum. *c.* 18. *c.* 20. *h. t. c. ult. de paroc.* Præſtantur ſine deductione impenſarum *c.* 28. *hic.* ut & ſine deductione cenſuum & tributorum. *c.* 33. *eod.*

§. 3. Omnes regulariter decimas ſolvere tenentur. *c.* 24. *X. h. t.* Niſi ab iis ſolvendis ſint *immunes*, aut ſpeciali privilegio Pontificis. *c.* 26. *eod.* exemti. Sunt autem *immunes* v. gr. Clerici & alii religioſi. *c.* 2. *eod. c.* 45. *de decim.* Niſi prædia non propriis laboribus, ſed per colonos colant. *c.* 46. 16. *qu.* 1. vel: niſi ſint conjugati *d. c.* 2. vel: niſi prædia à laicis comparaverint. *c.* 4. *c.* 34. *X. h. t.* aut: niſi prædia conduxerint. *c.* 8. *h. t.* vel: ſint vetera. *c. ex parte* 10. *eod.* Novale enim prædium eſt ager nunc primum ad culturam redactus, de quo, quod aliquando cultus fuerit, memoria non extat. *c.* 1. *de Verb ſignif.* Si decimæ non ſolvantur, actio competit confeſſoria ad eas peten-

petendas; imò detractans excommunicationis ſententiâ ad ſolutionem poteſt compelli. *c. pervenit. 5. eod.*

§. 4. *Primitiæ* ſunt primæ fructum obventiones Deo offerendæ. *Exod.* 22. parocho præſtandæ. *c.* 21. *c.* 23. 16. *qu.* 1. aut clericis, qui pro offerentibus preces fundunt, *c. Eccleſiaſ.* 13. *qu.* 1. antequam uſibus noſtris ſecundæ deputentur. *c.* 13. *de Verb. ſign.* Debentur primitiæ non tantum de fructibus terræ & aliis, ſed etiam de hominibus & animalibus primogenitis *jure Moſaico.* De Jure Canonico non debentur ex præcepto ſed tantum ex conſilio, niſi vel (1) Conſuetudine loci ſint probatæ, (2) Miniſtri Eccleſiæ indigeant, quibus caſibus exigi à parochianis poſſunt. Quantitas, quæ inter quadrageſimam & ſexageſimam partem eſt, cenſetur eſſe legitima *c.* 1. *X. h. t.* ubique *Gonzal. & Zoeſ.*

§. 5. *Oblatio* eſt voluntaria & ſpontanea præſtatio, quam Chriſtiani Sacerdotibus pro peccatis ſuis ad Altare offerunt. *c.* 13. 10. *qu.* 1. Accipi tamen non debent oblationes ab illis, qui pauperes opprimunt, qui liberos exheredarunt, qui ſunt excommunicati, qui ſunt ſacrilegi, raptores, uſurarii, meretrices &c. Quantitas offerenda non in certa ſumma conſiſtit. *c.* 28. 24. *qu.* 1 ſed in bona ſinceraque offerentis voluntate, in fide chriſtiana & caritate. *c.* 62. *ſeqq.* 1. *qu.* 1. Quod autem ſemel Deo dicatum, non revocandum, nec retinendum eſt, *c.* 3. *ſeqq.* 17. *qu.* 4.

DIF.

J. Civ. Non de neceſſitate ſed ex voluntate decimæ præſtantur. *l.* 2. §. 2. *l.* 6. *in pr. de pollicitat.*

J. Can. De neceſſitate præſtari debent decimæ. *c. à nobis* 24. *& ſeqq. X. de decim.* ſub hac execratione: *Decimam niſi dederis, ad decimam vocaberis.* c. 66. 16. *q.* 1. h. e. *Gloſ.* interprete: Dœmonibus ſociaberis, qui ſunt decima pars angelorum.

TIT. XXXI.

De Regularibus & tranſeuntibus ad religionem.

§. I. **R**Egulares ſunt, qui votis paupertatis, caſtitatis & obedientiæ ſunt obſtricti, & ſe imperio Prælati ſub certa & probata vitæ regula ſubjecerunt; ſuntque vel *Canonici regulares*, vel *Monachi.* Fiunt regulares vel *paternâ devotione*, vel *propriâ profeſſione*, vel *emiſſione voti. C. Monachum.* 3. 20. *qu.* 1. Paterna devotio filium impuberem religioni offert, cui, ſi poſt pubertatis annum, profeſſionem ratam habuerit, pœnitentiæ locus ulterius non datur. c. 12. *X. h. t.* c. 10. 20. *qu.* 1

§. 2 Eſt verò *Profeſſio*, certæ religionis ſolennis promiſſio, quâ quis ſe ad obſervationem certæ alicujus monachalis regulæ obſtringit. *Hoſtienſ. §. ad quid verb. profeſſio. h. t.* Fitque vel *expreſſè* vel *tacitè. Expreſſè*, cum quis poſt annum probationis coràm Abbate, Priore aliove Prælato, vel ab eo mandatum habente, univerſo conventu præſente.

ſente habitum monachalem ſuſcipiens in ſcriptis c. *vidua*. 20. *qu*. 1. c. *omnes fœminæ*. 27. *qu*. 1. vota conſueta promittit. *ſpecul. ad h. t. tacitè* fit profeſſio, cum ex ſufficientibus conjecturis colligitur. v. gr. ſi poſt probationis tempus in monaſterio manens habitum retinuerit, modò novitiis & profeſſis habitus ſit communis, ſi diſtinctus, profeſſorum habitum ſuſceperit. c. 23. *h. t. Clem*. 2. *de regul*. c. 3. *hic in* 6.

§. 3. Probationis tempus eſt anni ſpatium, ut Prælatus poſſit mores Novitii ſpectare. c. 20. & c. *pen*. *X. h. t*. Ante Profeſſionis tempus expletum, poſſeſſionem ſi Prælati admittant, puniuntur. c. 16. *h. t*. Ætas legitima olim erat pubertâs. c. *ad noſtram* 8. *h. t*. ſed hodiè ex decreto Concilii Tridentini in quacunque religione profeſſio ante decimum ſextum annum admitti nequit. *Seſſ*. 25. c. 15. *de Reg*. Profeſſus ab una religione ad aliam, niſi ſtrictiorem, tranſire nequit. c. 10. *h. t*. petitâ tamen prius facultate à ſuo Prælato. c. 18 *eod*.

TIT. XXXII.

De Converſatione Conjugatorum.

§. 1. Conjugati mutuo conſenſu ambo religionem ingredi poſſunt, aut altera pars ſaltem caſtitatem promittere debet, ſi non ſuſpecta ſit de incontinentia c. 4. c. 18. *h. t*. Qui verò invitâ vel ignorante uxore religionem profitetur, ea repetente, cogitur ad uxorem redire. c. 3. *X. h. t*.

§. 2. Quodſi uxor moriatur, aliam ducere nequit, quia ſemel vovit caſtitatem, quamvis non

ſit cogendus ad idem monaſterium reverti, cum profeſſio facta, non fuerit legitima. *d.* c. 3. *&* c. 12. *eod.* Sponſalibus de præſenti contractis, una pars alterâ invitâ religionem ingredi poteſt. c. 2. *h. t.* Deſſel. *h. t. qu.* 3.

TIT. XXXIII.

De Converſione Infidelium.

§. I. QUemadmodum converſio poteſt fieri ad religionem, ita etiam ad fidem, hinc hâc occaſione de converſione infidelium in *tit. noſtr.* agitur; ſub nomine tamen infidelis non intelligitur ille, qui à fide Chriſtiana recedit, utpote qui Apoſtata vocatur, ſed is qui fidem nunquam ſuſcepit, ut Judæus & Paganus.

§. 2. Si infidelis convertatur ad fidem, contrahere matrimonium poteſt cum fideli, niſi, cum adhuc eſſet infidelis, doloſè maritum ejus occidiſſet, cum qua converſus matrimonio conjungi vult. c. I. x. *h. t.* Quodſi infideles ſuſceperint prolem, & poſtmodum unus ex illis convertatur ad fidem, educatio prolis debet fieri apud converſum. c. 2. *h. t.*

TIT. XXXIV.

De Voto & Voti redemtione.

§. I. VOtum eſt alicujus rei faciendæ vel non faciendæ *cum deliberatione animi* Deo facta promiſſio; Quod enim ex facilitate animi emittitur non eſt obligatorium *c.* 2. *h. t.* Dividitur votum in *Neceſſarium* ſive *præcepti*, quod in baptiſmo fit, dum is qui baptizatur, ſata-

næ & ejus operibus renunciat, ac fidelem ſe fore, & divina præcepta ſervaturum promittit. *c.* 58. §. *ecce.* 1. *qu.* 1. *c.* 73. *de conſec. diſt.* 4. Et *Voluntarium* ſive *Conſilii*, quod ſpontè ſuâ & liberâ voluntate emittitur, de eo ad quod ante votum non tenebatur. *c.* 1. 17. *qu.* 1. *c. Nonſolum.* 32. *qu.* 8.

§. 2. Votum voluntarium ſubdividitur in *ſimplex*, quod ſolennitate vacat, & *ſolenne*, quod per ſuſceptionem ſacri ordinis, vel expreſſam aut tacitam probatæ religionis profeſſionem eſt ſolenizatum *c.* 3. *X. qui cler. vel vov. c. un. de vot. in* 6. Item in *Perſonale*, quo promittitur, quod perſonam ſolam tangit, *Reale* quo res aliqua externa promittitur, & *Mixtum*, quo utrumque, veluti peregrinatio cum oblatione, promittitur. *c. licet* 6. *h. t.*

§. 3. Vota ſemel emiſſa obligant jure divino. *Num.* 30. *Deut.* 13. *Pſal.* 75. & Jure Canonico. *c.* 5. *X. h. t.* Et ſic neceſſariò impleri debent. Niſi (1) Vovens liberam vovendi voluntatem non habeat, v. G. ſi voveat impubes ſine conſenſu parentis vel tutoris. *c.* 1. & 2. 20. *q.* 1. Epiſcopus ſine conſenſu Papæ, ut Eccleſiam derelinquat, *c.* 10. *de renunc.* Clericus ſine licentia Prælati, ut officii injuncti executio impediatur. *c.* 4. *eod.* &c. (2) Votum ſit turpe ac rei illicitæ. *c.* 5. 20. *qu.* 4. (3) Conditio, ſub qua quis vovit, non ſit impleta. *c. nonſolum. in fin.* 32. *qu.* 8.

§. 4. Votum redimi & in aliud commutari poteſt auctoritate ſuperioris, ſuadente juſta causâ. *c.* 1. 2. *X. h. t.* In quibusdam tamen ſolus Pontifex diſpen-

diſpenſat. vid. *c.* 5. 7 9. *h. t.* Regulariter tamen diſpenſatio omnibus Prælatis competit, qui attendunt, *quid liceat ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem, quid expediat ſecundum utilitatem c. 7. X. h. t.*

TIT. XXXV.

De ſtatu Monachorum & Canonicorum regularium.

§. I. STatus Monachorum in genere conſiſtit in eo, ut (1) Regulam ordinis, quem profeſſi ſunt, diligenter ſervent, (2) Veſtibus præſcriptis utantur. *c.* 3. *c.* 4. *h. t.* (3) In monaſteriis permaneant *c.* 1. *&* 8. 16. *qu.* 1. ad quod tamen arctius obligantur Moniales quam Monachi *per c. un. h. t. in* 6. (4) Nihil proprii, nec peculium niſi adminiſtrationis gratiâ, ipſis conceſſum habeant. *c.* 2. *h t.* (5) Viſitationi conſuetæ ſubjecti ſint.

§. 2. Præter regulas generales quatuor, utpote: *Baſilii*, *Benedicti*, *Auguſtini*, *Franciſci* (à quibus tanquam à fontibus, cæteræ religiones omnes, exceptâ Carthuſienſi, manant) quælibet religio Monachorum ſuas proprias regulas jejunii, ſilentii; certarum precum, & mortificationum, abſtinentiæ à carnibus & alias habet, quas quilibet author & Conditor ſuis præſcripſit, adeoque ab omnibus ejusdem ordinis religioſis obſervandæ ſunt; Ut autem regula obſervetur jure cautum eſt, ut in ſingulis regnis ſive provinciis de triennio in triennium convocetur commune capitulum

lum ex religioſis in quo eliguntur viſitatores, qui ſingulas Abbatias, ejus regni ſive provinciæ non ſolum Monachorum, ſed etiam Monialium viſitent,& ea quæ reformatione indigent, reforment. *c.7.& 8. h.t.* Conc. Trid. *Seſſ.25. de Reg.c.8.*

§. 3. Canonici regulares conveniunt quidem cum Monachis quoad tria vota religionis ſubſtantialia, differunt tamen eb eis juxta *c. 5. h. t.* quoad pœnas & odia, quo reſpectu Monachorum appellatione non continentur, nec non in eo, quod regulam laxiorem profiteantur, unde etiam ad monachos jure tranſire poſſunt. Poſſunt quoque Canonici regulares regimini Eccleſiæ ſecularis præfici, cum illorum profeſſioni non repugnet regimen Eccleſiaſticum. Gonz. ad *d.c.5.*

TIT. XXXIV.

De religioſis domibus, ut Epiſcopo ſint ſubjectæ.

§. I. Religioſæ domus (aliter *hoſpitales. c. ſancitum. 23 qu.8.* aut *eleemoſynariæ, Clem. 2. de præb.*) ſunt quæcunque religionis vel pietatis intuitu extructæ, utpote v. gr. *Xenodochia*, ubi peregrini pauperes recipiuntur, *Orphanotrophia*, ubi orphani nutriuntur. *Bethotrophia* ubi infantes pauperum & expoſiti aluntur. *Noſocomia*, in quibus ægroti pauperes à morbo curantur. *Gerentocomia*, ubi ſenes & valetudinarii ſuſtentantur, aliaque ſimilia.

§. 2. Sunt autem tales religioſæ domus ſive hoſpitalia in duplici differentia: quædam ſunt *religioſa*, quædam *non religioſa*: *Illa* dicuntur, quæ au-

authoritate ordinarii ſeu Epiſcopi ſunt erecta & conſtructa. c. 4. *X. h t.* atque hæc gaudent immunitate & privilegiis piarum cauſarum Gonz. *ad c. c. 4. n 5.* Hæc ſunt, quæ abſque authoritate Epiſcopi eriguntur, quod cuivis, etiam privato permiſſum eſt, qui hoſpitalia in ſuis ædibus conſtruere poteſt. Quia tamen ad pia opera exercenda conſtituuntur, ideo Epiſcopo in illis competit jurisdictio & viſitatio. Conc. Trid. *Seſſ.* 22. *c.* 8.

§. 3. Religioſa loca ſub Epiſcopi poteſtate ſunt, in cujus territorio ſunt ſita. *c.* 10. 16. *qu.* 7. Et poteſt Epiſcopus in eis, hominibusq; illis deputatis exercere ea quæ ſunt legisDiœceſanæ & ea quæ jurisdictionis contentioſæ. *c.* 17. 18. *qu.* 2. inprimis tamen attendere debet, ut ea, quibus conſtitutæ ſunt, obſerventur. *c.* 3. *eod.* ad profanos uſus non convertantur. *c.* 4. *eod.* Nec Clericis in beneficium conferantur. *Clem.* 2. *eod.* de bonis & honeſtis rectoribus iis provideatur. *d. clem.* 2. ità tamen ut ab iisdem juramentum exigatur & inventaria de bonis conficiantur, ſingulis annis de adminiſtratione rationes reddantur. *d. clem.* 2. §. 1. ſi tamen ſpeciali privilegio ſe exemta loca religioſa docere poſſint, Epiſcopi poteſtas in tantum quieſcit. *c.* 7. *X. h. t.* Quo tamen privilegio nec capellæ ei ſubjectæ gaudent, nec ſi certæ rei vel loci ratione hoc privilegium conceſſum, aliæ res, aut loca alia eo potientur. *c.* 16. *X. de privileg.*

§. 4. *Monaſterium* eſt ſpecies religioſæ domus, & Epiſcopo eſt etiam ſubjectum in cujus diœceſi eſt ſitum. *c.* 7. *c. pen. h. t.* Niſi privilegio ſe eſſe exem-

exemtum docere poſſit. *c.2.eod.* quo caſu tamen capellæ non ſunt exemtæ. *c.17.de privil.* ſi Abbates aut Præpoſiti ſint negligentes, Epiſcopi etiam in monaſteriis exemtis, ad reformationem, juxta eorum regulam procedere poſſunt. *c. 1.16. qu. 2. c. 7. de off. ordin.*

TIT. XXXVII.

De capellis Monachorum & aliorum Religioſorum.

§. I. Religioſæ domus ſunt vel principales ut monaſteria, vel acceſſoriæ, ut Capellæ, & Prioratus. Derivatur autem Capella *vel* à capiendo, quod capiat λαὸν populum, *vel* à Cappa quod tegumentum ſignificat, *vel* à caprarum pellibus, quod in domunculis hiſce pellibus tectis miſſæ celebratæ fuerint, *vel* à cappa ſancti Martini, quam Franciæ reges in expeditione ſecum portarunt. Rubr. *ad rubr. h. t.* Sumitur Jure Canonico capella vel (1) pro modica ſeu parva Ecclesia ab aliis ſeparata, vel (2) pro loco in Eccleſia cum altari erecto & dotato. In prima ſignificatione ſunt Eccleſiæ minus principales majori ſubjectæ.

§. 2. Datur etiam capella curata, quæ dependet ab Eccleſia parochiali & juriſdictioni ac viſitationi Archidiaconi eſt ſubjecta. Deſſel. *h. t. qu. 3.* Capellis interim monachorum ſingulis, non ſinguli, ſed vel terni vel ſaltem bini Religioſi imponi debent, ut monachus habeat, quocum vitam poſſit ducere regularem. *c. 2. de ſtatu monach. c. ult. X. h. t.* vid. *c. 3. h. t.*

Digitized by Google

§. 3. Capellaniæ ſunt beneficia Eccleſiaſtica, quorum vigore quis annuatim miſſas in altari vel capella celebrare debet, atque ſunt in triplici differentia; *aut* enim fundantur abſque Epiſcopi aut ſuperioris Eccleſiaſtici authoritate, atque hæ beneficia Eccleſiaſtica vocari nequeunt, *aut* inſtituuntur quidem authoritate Prælati, ſed tamen conferuntur ſolum ad tempus, aut ad nutum amovibiles ſunt, quæ etiam pro beneficiis Eccleſiaſtiacis non habentur, *aut* ſunt perpetuæ authoritate Apoſtolicà vel Epiſcopi erectæ, & hæ ſunt beneficia Eccleſiaſtica, dicunturque collativæ, Barboſ. *lib. 3. Jur. Eccl. c. 5.*

TIT. XXXVIII.
De Jure Patronatûs.

§. I. JUs patronatus, *in ſenſu juris Canonici*, eſt jus quoddam Eccleſiaſticum ſpirituali annexum, conſiſtens in poteſtate præſentandi clericum ſeu miniſtrum Eccleſiæ ad beneficium vacans. Deſſel. *h. t. qu.* I. Alias *in ſenſu juris civilis* jus patronatus variam admittit ſignificationem, *vel* eſt domino manumittenti competens jus *vel* poteſtas Advocato competens. *l.* 14. §. I. *de judic.* &c. ſed hoc hujus loci non eſt.

§. 2. Acquiritur jus patronatus vel (1) ex fundatione (2) Conſtructione (3) dotatione Eccleſiæ (4) Reædificatione (5) Præſcriptione (6) Privilegio. F*undatio* eſt loci ab omni onere liberi aſſignatio; ſola tamen fundatione jus patronatus non acquiritur, niſi ſubſequatur conſtructio vel dotatio, licet ab aliis. *Dotatio* dicitur aſſignatio

tio annuorum redditũum, ad quam omnis is, qui ædificavit Eccleſiam tenetur, niſi jam dotem condecentem aliunde habeat. *c.* 8. *de conſecr. Eccl.* *Reædificatio* non aliter jus patronatus conſtituit, quam ſi fuerit totalis refectio.

§. 3. Acquiſito ritè jure patronatus, legitimè eodem eſt utendum. Debet ergo præſentatio fieri ad beneficium vacans, nam ſuper vacaturo beneficio nec præſentatio nec inſtitutio valet. *c.* 2. *& c.* 11. *de conceſſ. præb.* Debet quoque præſentatio fieri à patrono *laico* intra menſes quatuor, ab *Eccleſiaſtico* intra menſes ſex, licet jus patronatus à laico acquiſiverit. *c. un.* §. *verum. h. t. in* 6. *Hic* cum ſemel aliquem præſentaverit, variare non poteſt, *Ille* poteſt. c. 29. *hic.* Poteſt legatus de latere in præjudicium patroni Eccleſiaſtici juri patronatus derogare, non in præjudicium patroni laici. *c. cum dilectus,* 28. *eod.* Patronus laicus indignum præſentans, non privatur præſentandi facultate; ne illâ quidem vice. c. 4. *de offic. jud. ord.* Sed in Eccleſiaſtico patrono ſecus eſt. *arg.* c. 7. §. *Clerici. X. de Elect. & elect. poteſt.*

§. 4. Patronus ſeipſum vel liberos ſuos præſentare non poteſt. c. 15. c. 26. *hic.* Poteſt tamen præſentare unum vel plures alios ut ex iis unum Epiſcopus eligat. *Clem. plures.* 2. §. *fin. hic.* Si plures ſint ejuſdem Eccleſiæ patroni, poſſunt inter ſe convenire, ut ſinguli alternis vicibus præſentent *d. Clem. plures.* Si in præſentando diſcordes ſint, præfertur ſententia majoris partis. c. *quoniam.* 3. *h. t.* Niſi ea ſine ſcandalo præferri non poſſit.

Tunc enim Epiſcopus pro ſuo arbitrio aliquem inſtituere poteſt *d.* c. *quoniam* 3. Uti & ſi patronus intra ſtatum tempus neminem præſentet. c. *ſi verò.* 12. *eod.* aut ſi quæſtio de jure patronatûs inter alios orta, intra prædictum tempus non finita. *d.* c. *quoniam.* c. 27. *eod.*

§. 5. Tranſit jus Patronatus ad hæredes. *d.* c. *quoniam.* Et ſi plures ſint, hæredes unius patroni habentur in præſentatione pro uno. *d. Clem. plures.* Poteſt etiam titulo donationis. c. 14. c. *un. eod. in* 6. Permutationis Gloſs. *ad* c. 13. *h t.* Venditionis cum univerſitate *d.* c. 13. rectè in alium transferri. Per ſe enim jus patronatus vendi nequit. c. 6. *h. t.* Venditio univerſalis cum omnibus juribus comprehendit etiam jus patronatus c. 7. c. 23. *h. t.* Locatione quoque prædii, jus patronatus prædio inhærens, transfertur, quamdiu locatio durat. c. 7. x. *h. t.*

§. 6. Patronus nihil proprii juris in Eccleſia habet, nec poteſt ejus reditus in uſus ſuos convertere. c. 17. 16. *qu.* 7. c. 2. *de ſupp. negl. prel.* Debet curam Eccleſiæ gerere, & ſi rector aliquid ex Eccleſiæ collatis defraudet, Epiſcopo vel judici competenti nunciare. c. 31. *&* c. *ſeq.* 16. *qu.* 7. Si tamen Patronus vel ejus liberi ad inopiam redigantur, competens vitæ ſubſidium ab Eccleſia ipſis debetur. c. 25. *in fin. h. t.* c. 30. 16. *qu.* 7. ſicuti ipſi debetur præceſſionis honos. *d.* c. 25. Et primus & eximius locus in conſeſſu vel proceſſu, patrono inter clericos ejusdem Eccleſiæ. *d.* c. 25. Nec non ſine conſenſu Patroni Eccleſia vel ejus diſpoſitio non poteſt mutari. c. 33. c. 34. 16. *qu.* 7.

§. 7. Modi, quibus jus Patronatus tollitur, ſunt (1) Interitus Eccleſiæ (2) Negligentia Patroni (3) Præſcriptio (4) Abuſus (5) Unio Eccleſiæ (6) Ceſſio compatrono facta (7) ſi ex Eccleſia Parochiali fiat collegiata aut monaſterium, tunc enim incipit locum habere electio (8) ſi patronus ſe ingerat in perceptionem fructuum beneficii. Conc. Trident. *Seſſ.* 22. *de Ref. c.* 11. (9) ſi Eccleſia ab infidelibus occupetur (10) ſi patronus ſit hæreticus. *c. vergentis.* 10. *de hæretic*, &c.

TIT. XXXIX.

De Cenſibus, Exactionibus & Procurationibus.

§. I. A Præſentato patronus nihil temporale exigere poteſt niſi *cenſum*, qui cum conſenſu Epiſcopi in ipſa fundatione eſt impoſitus. *c.* 23. *de jure Patron. c.* 2. *de ſuppl. neglig. prælat. Cenſus* verò eſt annua penſio, quæ in argumentum ſubjectionis præſtatur. *c. jubemus.* 16. *qu.* 3. *c.* 2. *X. h. t.* Accipitur cenſus vel *generaliter* pro *omni* penſione, quæ Prælatis de Eccleſiaſticis proventibus ſingulis annis præſtatur. *c.* 20. *c.* 26. *h. t. c.* 4. 1. *qu.* 3. vel *ſpecialiter* pro ea penſione, quæ Epiſcopo ab Eccleſiis in argumentum ſubjectionis tribuitur, & *Cathedraticum*, eo quod ob honorem Cathedræ ſolvatur, dicitur. *c.* 3. 10. *qu.* 1. *c.* 16. *de off. ord.* vel *ſpecialiſſimè* pro præſtatione etiam Inferioribus, ut Patronis, ratione protectionis facienda, & interdum ratione perceptæ libertatis. *c. placuit.* 1. *qu.* 3. *c.* 9. *h. t.*

§. 2. Conſtituere cenſum novum, aut veterem augere ex juſta cauſa poteſt Epiſcopus cum conſenſu Capituli. *Clem. fin. de reb. Eccl. non alien. c. 1. h. t. in 6.* aut Eccleſiæ, cui imponitur, ſi collegiata. *c. 1. de rer. perm.* Novum, Patronus authoritate Epiſcopi *c. 4. de jure patr.* Conſtituitur autem cenſus in rebus ad Eccleſiam pertinentibus, & non tantum in nummis ſed etiam frumento, vino; oleo, gallis, capris &c, *c. 26. c. 18. h. t.* Moderatus tamen eſſe debet non major tertiâ parte beneficii. *c. 12. c. 26. de prabend. c. 1. X. h. t.*

§ 3. *Exactio*, hoc loco, nonſolum tributa atque collectas, quæ extra ordinem imponuntur, ſed etiam pedagia, Guidagia, aliaque ſimilia onera, de quibus in *c. pen. h. t. in 6.* reperitur cautum, quod à principibus perſonis rebusque Eccleſiaſticis imponi haud debeant, niſi forſan neceſſitas aut utilitas publica aliud poſtulet, denotat. Impoſitio ergo fieri debet rei licitæ, quatenus modus lex vel conſuetudo permittit. *c. ea quæ. 12. c. innovamus. 10. X. h. t.* Modum ſi exactores excedant officio privantur. *d. c. 12.* & niſi deſiſtant, excommunicantur. *d. c. 10.*

§. 4. *Procurationes* ſunt neceſſariorum ſumtuum exhibitiones, Prælatis Eccleſias ſubjectas viſitantibus factæ. c. 6. c 12. *h. t.* Debent eas qui inviſuntur, licet ad alium locum è domo ſua ſint evocati. Gl. *in* c. 1. *verſ. viſitatus. de Cenſib. in 6.* oratoria ordinarium ſacerdotem habentia c. 12. & c. 11. 10. *qu.* 1. capellæ in collegiatis Eccleſiis poſitæ. Maria. *de viſit. n.* 85. Monaſteria. *d. c. 1.*

Deben-

Debentur Epiſcopo tam in urbe quam extra urbem viſitanti, quia non tantum ad victus neceſſitatem, ſed etiam in ſubjectionis & obedientiæ ſignum præſtantur. *c.* 24. *h. t.* Viſitator tamen non niſi unam, licet plura loca viſitet, eâdem die procurationem accipere poteſt. *c felicis. eod. in* 6.

DIFF. JUR. UTR.

J. Civ. Eccleſiaſtici ſunt immunes ab oneribus perſonalibus & ſordidis. *l.* 1. *&* 2. *C. de Epiſc. & cleric.* propter agrorum & bonorum poſſeſſionem tamen ad penſitanda fiſcalia perurgeri poſſunt. *l.* 3. *eod.* inprimis ſi extraordinariè collectæ imponendæ erunt. *l.* 7. *C. de SS. Eccleſ. Nov.* 120. c. 4. *Nov.* 131. *c.* 5.

J. Can. Interdictum, ne Eccleſiaſtici ullo pacto Imperialibus exactionibus parerent, vel tributa exſolverent, quippe quos in omni genere oporteat eſſe liberos c. 22. *§. quamvis* 23. *qu.* 8. *c.* 7. *X. de immun. Eccl. c.* 3. *eod. in* 6.

TIT. LX.

De conſecratione Eccleſiæ vel Altaris.

§. I. Conſecrare Eccleſiam debet Epiſcopus, qui eo loco jura Epiſcopalia exercet c. 1. *de relig. dom.* c. 3. *diſt.* 68. c. 2. *&* c. 3. *X. h. t.* ſi de dote ei ſit proſpectum. c. 8. *X. h. t.* Non inferior. c. 25. *de Conſecr. diſt.* 1. Ne quidem Epiſcopo delegante, quoniam conſecratio ordinis eſt, quæ alteri mandari nequit. *c. pen. hic. c.* 4. 7. *qu.* 1. Non ſolùm tamen Eccleſiæ ſed etiam altaria, ſi ſint lapidea, conſecrari debent. c. 31. *cum ſeq. de Conſecr. diſt.* 1. adhibitis certis ſolennitatibus. Fieri tamen

tamen poteſt conſecratio non ſolum diebus dominicis, ſed & privatis c. 2. *X. h. t.*

§. 2. Conſecratur *Eccleſia* delinitione ſuperficiei interioris parietum, cum crucibus. Abb. *in c. propoſuiſti*. 4. *n*. 7. *hîc.* ſine ſanctorum reliquiis aut ſine miſſa fieri non debet c. 26. c. 29. *de Conſecrat. diſt.* 1. c. 1. *diſt.* 3. *eod.* Funduntur inſuper preces ad Deum, & atrium Eccleſiæ aquâ benedicta aſpergitur. Conſecratur *Altare* per inunctionem chriſmate factam & benedictionem ei à ſummo Pontifice tributam. *c. un.* §. *fin. de ſacr. unct.* c. 31. *de Conſec. diſt.* 1. c 26. *eod.* Aperitur etiam in facie ipſius altaris, vel in dextro cornu feneſtella, ſanctorum reliquiæ unâ cum nomine unius ſancti, cui Altare dicatur, & Epiſcopi, qui ſacrum facit, conduntur, & feneſtella parvo lapide quadrato vel rotundo operitur, qui lapis ſigillum appellatur. Abb. c. 1. *h. t.*

§. 3. Cœmiteria non conſecrantur, ſed tantum benedicuntur. *c. abolenda. & ibi Abbas. X. de ſepult.* Interdum conſecratio Eccleſiæ vel altaris iteranda eſt, ut, cum Eccleſia deſtructa inſtauratur. c *fabrica* 24. *de Conſecr. diſt.* 1. cum polluta fuit; puta homicidio, adulterio in eo perpetrato. c. *ſi motum*. 19. & c. *ſeq. de Conſecr. diſt*. 1. Excommunicati corpore in eo humato. c. *conſuluiſti X. h. t.* cum, an ſit conſecrata, dubitatur. c. *ſolennitates* 16. c. 18. *de Conſecr. diſt.* 1. Polluta tamen Eccleſiâ, pollutum quoque cenſetur cœmiterium contiguum, non autem remotum, item, uno cœmiterio polluto, non ob id cenſetur pollutum aliud, licet contiguum c. *un. de Conſecr. in* 6. TIT.

TIT. XLI.

De Miſſarum celebratione & Sacramento Euchariſtiæ, & divinis officiis.

§. I. **M**Iſſa eſt ſacrificium incruentum ſacroſancti corporis & ſanguinis Domini, quod offertur in altari, cum precibus conſuetis & lectione Evangelii *tot. tit. X. hic.* Joh. Viguericus *de ſacram. Euchar. ver.* 11. Miſſa eſt *ratione ſolennitatis* varia, ſic alia cantatur altâ, alia voce ſubmiſsâ. c. 11. *de celebr. miſſ.* ut & *ratione temporis*, ſic alia fit quotidiè, alia die feriata. c. 53. *de Conſecrat. diſt.* 1. *d.* c. 11. nec non ratione *eorum*, *pro quibus* offertur, alia enim offertur pro vivis. c. 72. *de Conſecr. diſt.* 1. ut ægrotis, afflictis, amicis, peregrinis &c. alia pro mortuis. c. 29. *de verb. ſign.* vel eorum, *in quorum honorem* offertur, ſic alia de ſpiritu ſancto, alia de Trinitate, alia de Virgine Maria. c. 11. *de præb.* c. 4. 13 *qu.* 2. dicitur.

§. 2. Miſſam celebrare tantùm poſſunt presbyteri c. 1. *&* 2. *de Cler. non ord.* c. 1. *de ſumm. Trin.* ſed non ſine peccato, ſi depoſiti, excommunicati, interdicti, ſuſpenſi. c. 1. *&* 5. *ſeqq. de Cler. excomm. miniſtr.* Non poſſunt quibus duo digiti cum medietate palmæ manus abſciſſi. c. 2. *de Cler. ægrot.* leproſi. c. 3. *&* 4. *eod.* hæretici. c. 28. 1. *q.* 1. ſimoniaci. c. 7. c 5. *de ſimonia.* qui cum muliere rem habuerunt. c. 1. c. 6. 31. *qu.* 4. qui culpâ accedente per ſomnium illuſionem paſſi ſunt. *tot. diſt.* 6. celebrare debet Sacerdos confeſſus. c. 13. *de Conſecrat. diſt.* 2. jejunus. c. 49. *eod.* accenſo lumine. c. *fin. eod.* conſuetis veſtimentis, amictu, albâ, cin-

gulo,

gulo, manipulo, ſtola, caſula indutus *arg.* c. *Eccleſiaſtica. diſt.* 23. c. 65. 11. *qu.* 3. in Altari. c. 1. c. 2. c. 6. c. 12. c. 15 *de Conſecrat. diſt.* 1. Portatili licet. c *fin. de privil. in* 6. &c

§. 3. Euchariſtia (dicta quaſi bona gratia) eſt participatio corporis & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini vi illorum verborum: *Hoc eſt Corpus meum*, &c, *hic eſt ſanguis meus* c. 6. *h. t.* c. 33. c. 42. *de Conſecr. diſt.* 2. Fit Sacramentum Euchariſtiæ ex ſimila, id eſt, pura farina tritici. c. 4. c. 5. *de Conſecr. diſt.* 2. eâque azymo c. *f. h. t.* & vino vitis aquâ mixto, ità tamen ut plus vini ſit in calice quam aquæ, *d.* c. *f.* quæ ſpecies transſubſtantiantur in corpus & ſanguinem Domini. c. 8. *eod.* c. 74. c. *non oportet.* c. *in ſacramento. de Conſecr. diſt.* 2.

§. 4. Suſcipiendum hoc Sacramentum in tribus feſtivitatibus præcipuis, Paſchæ, Pentecoſtes, Nativitatis Domini. c. 16. c. 19. *de Conſecr. diſt.* 2. Vel ſaltem in feſto paſchatis. c. 12. *de pœnit. & remiſſ.* Monachi & Moniales ſingulis quibusque menſibus communicant. Concil. Trid. 20. *Seſſ.* 25. Prohibentur tamen communicare ſcenici & hiſtriones, raptores rerum Eccleſiæ, nauſeam vel vomitum patientes, nocte heſterna polluti, infideles, notoriè impœnitentes &c.

§. 5. Quoad divina officia, omnes Clerici eadem horis canonicis celebrare debent; Sunt autem horæ Canonicæ ſeptem: Matutini, primæ, ſecundæ, ſextæ, nonæ, veſperi, completorii. c. *presbyter. diſt.* 91. Si quis autem divinis officiis non interfuerit, ab Epiſcopo objurgabitur *d.* c. & ejus arbi-

arbitrio Eccleſiaſticam ſentiet diſciplinam; ſi verò diebus ſolennibus abſuerit, à communione ſuſpendetur. c.30. 7. *qu.* 1.

TIT. XLII.

De Baptiſmo & ejus effectu.

§. I. **B**Aptiſmus eſt exterior hominis ablutio cum certa verborum forma, non tantùm labem origine contractam, Gloſs. *in* c. 1. *de Conſecr. diſt.* 4. ſed & propriâ voluntate ſuſceptam, delens. c. 136. *de Conſec. diſt.* 4. *ibique Gloſſ.* Eſt autem alius baptiſmus *fluminis*, alius *flaminis*, alius *ſanguinis*; Primus eſt verus baptiſmus, reliqui duo ſunt metaphorici. c.34. c.37. *de Conſeccat. diſt.* 4.

§. 2. Baptizari poſſunt parvuli jam nati. c. 115. *de Conſecr. diſt.* 4. adulti, licet ſint muti, ſurdi, ægrotantes, c. 74. *& ſeq. de Conſecr. diſt.* 4. Judæi converſi. c. 88 *eod.* Non domientes, non amentes. c.3. *X. h. t.* niſi ante ſomnum vel amentiam voluerint baptizari. *d.* c. 3. pro parvulis, mutis, ſurdis, alii reſpondere poſſunt. *d.* c. 74. Baptizandi hebent etiam patrinos, quorum de jure ad ſummum duo eſſe debent. Concil. Trid. *Seſſ.*8. *de ref.* c. 2. qui tamen cognatione ſpirituali cum baptizando junguntur. c. *fin. de cogn. ſpirit. in* 6.

§. 3. Baptizare debet proprius Parochus in Eccleſia. c. 13. *diſt.* 93. c. 19. *de Conſecr. diſt.* 4. Non in Abbatia, Monaſteriis, ubi baptiſteria eſſe prohibentur. c. 7. 18. *qu.* 2. nec in privatis ædibus; Niſi extremâ urgente neceſſitate; Tunc enim quilibet etiam laicus, hæreticus, paganus, Judæus c. 23. *de Conſecr. diſt.* 4. pater naturalis. c. 17. 30. *q.* 1.

bapti-

baptizare poteſt, dummodò debitâ materiâ, forma, & intentione utatur. c. 8. *diſt*. 19. c. 25. *ſeqq. de Conſecr. diſt*. 4 Seipſum tamen nemo baptizare poteſt. c. 4. *X. h. t.* Quantumvis materiam & formam ſervet. Quodſi baptizans verba inſtitutionis per ignorantiam recti ſermonis aut linguæ impedimentum non rectè pronunciet, illud baptismi veritati non obeſt. c. 86. c. 72. *de Conſecrat. diſt*. 4.

TIT. XLII.

De Presbytero non baptizato.

§. I. QUi non eſt baptizatus, non eſt in gremio Eccleſiæ, & ſic baptismus omnibus adeò eſt neceſſarius, ut, ſi quis non baptizatus ſacerdotio eſſet initiatus, tamen ordinis characterem non reciperet, ac proinde baptizandus & iterum conſecrandus eſſet. c. 1. & 3. x. *h. t.*

§. 2. Quodſi presbyter ab omnibus creditus fuerit baptizatus, & demum poſt mortem conſtiterit, non fuiſſe baptizatum, omiſſio baptismi ei non nocebit, ſed perinde erit, acſi fuiſſet baptizatus, ideoque actus à tali presbytero ſuſcepti efficaciam habent. c. 2. *h. t.*

TIT. XLIV.

De Cuſtodia Euchariſtiæ, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

§. I. EUchariſtia & Chrisma, fideliter & decenter cuſtodiri debent, ne temeraria manus ad ea extendi poſſit, ſed in quavis neceſſitate copia eorum haberi poſſit. c. 1. *h. t.* ſi cuſtos

ſtos contra fecerit, tribus menſibus ab officio ſuſpenditur. Hinc in Eccleſiis Parochialibus conſervari debent in pyxide, & in alia pyxide ad ægrotos deferri. Vaſa & veſtimenta Eccleſiæ munda quoque ſunt conſervanda. *c. 2. hic.*

§. 2. Debet autem Sacramentum deferri ad ægrotos à presbytero in decenti habitu ſuper poſito mundo velamine, & quidem manifeſtè & honorificè cum lumine præcedente. *c.* 10. *X. de celebr. Miſſ.* ibique latè Gonz. Tellez.

TIT XLV.
De Reliquiis & veneratione Sanctorum.

§. I. DIligenter quoque obſervandæ ſunt Reliquiæ Sanctoru,mmaximè cum nullum in Eccleſia erigi poſſit Altare, ubi non reliquiarum aliquid alicujus ſancti reconditum ſit. *c. placuit.* 24. *de Conſecr. diſt.* 1. vendi tamen non debent. *c.* 2. *h. t.* uti nec extra capſam oſtendi. *d. c.* 2. Nullus verò habendus eſt pro ſancto, niſi qui authoritate Pontificis approbatus & in numerum ſanctorum relatus i. e. canonizatus eſt. *c.* 1. *hic*

§. 2. Fit canonizatio inquiſitione prius factâ in canonizandi vitam, mores, res geſtas. *d. c.* 1. §. *f. eod.* an perſecutionem in vita paſſus fuerit. *c.* 36. 7. *qu.* 1. in miracula in vita & poſt mortem facta. Hoſtienſ. *in ſumm. hic.* In miraculis verò quatuor ſunt neceſſaria (1) ut à Deo non ex arte quadam procedant. *c.* 56. 1. *qu.* 1. (2) Ut ſint contra naturam (3) ut non ex vi verborum, ſed ex pietate

tate

tate hominis contingant. *c. 6. de cel. Miſſ.* (4) ut ſint ad confirmationem fidei, arg. *c. catechumenum. 97. de Conſecrat. diſt. 4.*

TIT. XLVI.

De obſervatione jejuniorum.

§. I. Jejunium eſt parſimonia victus, & ciborum abſtinentia. Innoc. *ad c. 1. h. t.* Eſt vel *neceſſarium* vel *voluntarium*, *Hoc* eſt, cum quis, ut ſe ad opera ſpiritualia reddat aptiorem ſpotè ſuâ jejunat. *c. ult. hic.* *Illud* iterum eſt vel *generale*, quod certis diebus ab omnibus eſt obſervandum. *c. 1. §. fin. c. 16. de Conſecr. diſt. 3.* Uti eſt quadrageſima, quatuor temporum anni &c. vel *Conſuetudinarium* quod tantum in certis locis & certis Eccleſiis juxta earum conſuetudinem eſt obſervandum v. gr. in vigilia Bartholomæi Apoſtoli. *c. conſilium 2. h. t.* vel *votivum* cum quis non propter Eccleſiæ præceptum ſed ob ſuum votum jejunare tenetur. *c. ult eod.* Vel *pœnitentiale*, quod confeſſis à canone vel ſacerdote imponitur. *c. ult. diſt. 82.*

§. 2. Excuſantur tamen à jejuniis, qui ætatis annum vigeſimum nondum attigerunt, aut ſexageſimum exceſſerunt. *c. 2. hic.* uti & infirmi & debiles. *d. c. 2.* Modus jejunandi à Pontificibus conſtitutus eſt, ut vel ſemel tantùm in die cibus ſumatur, ut in quadrageſima & quatuor temporibus. *c. 50. de Conſecr. diſt. 1.* vel à cibis lautioribus abſtineatur. *c. 12. de Conſec. diſt. 5.* ut carnibus, vino, *c. 2. diſt. 35.* vel à pluribus refectionibus & certâ refectionis horâ Deſſel. *h. t. qu. 2.*

TIT.

TIT. XLVII.

De Purificatione poſt partum.

§. 1. JUre Moſaico mulier poſt partum immunda habebatur, ac propterea ſi maſculum peperiſſet, arcebatur à templi ingreſſu 40. diebus, ſi verò fœminam, 80.

§. 2. Hodie mulier ſtatim poſt partum templum ingredi poteſt, ne partus detorqueatur in ejus odium, quaſi pariendo peccaſſet. *c. un. X. h. t.*

TIT. XLVIII.

De Eccleſiis ædificandis vel reparandis

§. I. ECcleſiæ novæ ædificantur, ſi id juſta cauſa ſuadeat. *c. fin. hic.* utpote: ſi fructus unius Eccleſiæ ſint ſufficientes ad duas, vel parochia latiores habeat fines, quam tempore hyberno poſſint accolæ in unam convenire. c. 5. *h. t.* ſi temporis qualitas exigat. *c.* 48. 16. *qu.* 1. vel notabile populi incrementum. *c.* 50. *c.* 51. *c.* 53. 14. *qu.* 1. ſi in præjudicium alterius non fiat. *c.* 43. *c.* 44. 16. *qu.* 1. *c.* 2. *hic.* ſi populus ſacro loco indigeat. *c. fin. h. t. d. c.* 53.

§. 2. Cum Epiſcopi loci conſenſu novæ Eccleſiæ ædificari debent. c. 44. 16. *qu.* 1. c. 10. 18. *qu.* 2. c. 9. *de Conſec. diſt.* 1. qui hunc conſenſum negligit, jure patronatus privatur. Epiſcopus verò ad locum debet accedere, in eo crucem figere, publicè atrium deſignare. *d.* c. 9. Illud aqua luſtrali aſpergere. *d.* c. 9. Inquirit quoque an ædificatio pietatis, an verò quæſtus cupiditate fiat. *c.* 10. *de Conſecr. diſt.* 1. *c.* 33. 18. *qu.* 2. an proventus,

 quæ

quæ ad luminaria, cuſtodiam, cuſtodumque ſtipendia, onera Epiſcopalia ſolvenda, & ſimilia, ſufficiant. *d.* c. 9 c. 26. 16. *q.* 7. Ad ea enim fundatores & eorum hæredes tenentur. *d. c.* 26. *Nov.* 131. Aut Epiſcopus ipſe, ſi ſine dotatione ædificare permiſit. *c.* 4. *de præb.*

§. 3. Eccleſiæ ruinoſæ reparari debent. *c.* 1. *h. t.* Quod onus incumbit ærario Eccleſiæ, quodſi hoc non ſufficiat, Rectores Eccleſiarum, qui ibidem beneficia obtinent, tenentur; Si tamen his ultra victum & veſtitum nihil ſuperſit, eundum eſt ad Parœcianos, qui ibidem Sacramenta percipiunt *c.* 1. ibique Gloſs. & *c.* 4. *X. h. t.* Quamvis conſuetudines & ſtatuta locorum attendi etiam debeant. Mev. *P.* 3. *Dec.* 183. *n.* 1. & 9.

TIT. XLIX.

De immunitate Eccleſiarum, cœmiterii & rerum ad eas pertinentium.

§. I. Immunitas eſt exemtio ab oneribus aut muneribus publicis à jure conceſſa. Eſtque vel *perſonalis* vel *realis. Illa* perſonis tribuitur ſc. Clericis; ut ſcilicet à juriſdictione laicorum & muneribus perſonalibus ſint liberi. *c.* 4. *hîc. c.* 40. 16. *qu.* 1. *c.* 6. 12. *qu.* 1. Niſi aut *pietas*; ut in tutela & cura miſerabilium perſonarum aut *neceſſitas*, ut in murorum cuſtodia, belli tumultus, ſeditionis tempore, aliud ſuadeat. *c.* 2. *X. h. t. c.* 15. 23. *qu.* 8.

§. 2. *Hæc*, realis ſc. eſt, quæ rei tribuitur, utpote Eccleſiæ cœmiterio, rebuſque Eccleſiaſticis.

cis. Sic igitur in Eccleſia & cœmiterio nec cauſæ criminales. *c. 5. h. t.* nec civiles nec canonicæ exerceri poſſunt; Nec judices laici hoſpitium quærere. *c. 1. eod.* nec publicæ quarumlibet ſocietatum, univerſitatum conciones, conſilia nundinarum, aliarumque ſecularium tractationes, confabulationes, fœda & profana colloquia haberi. *c. 2. h. t. in 6.* Ab iis, ſi liber homo ad eas confugit, ad mortem aut aliam pœnam corpoream, quodcunque crimen patrarit, extrahi non poteſt, niſi vel publicus latro ſit, vel nocturnus agrorum depopulator, quive vias publicas, inſidiis in viatores paratis, obſideat. *c. inter alia. 6. h. t.*

§. 3. Si quis ſpe impunitatis homicidium aut membri mutilationem in Eccleſiis ipſis patraverit, hoc ipſo ſe indignum privilegio facit, neque juvari ab Eccleſia debet, qui occaſionem delinquendi ab ipſa capit. *c. ult. h. t.* ſi ſervus ad ea, quia ſervitia Domino præſtare detrectat, confugit, Domino petenti reſtitui debet; ſi verò ob domini ſævitiam confugit, itidem reddi, præſtito tamen prius à Domino juramento de impunitate ejus: Si non reddatur, propriâ authoritate poteſt extrahi. *d. c. 6.*

§. 4. Hæc immunitas non tantum Eccleſiis conſecratis, ſed etiam non conſecratis, ſiquidem in iis divina celebrantur officia. *c. 9. h. t.* ut & circumjacenti loco intra triginta ab Eccleſiæ januis paſſus, tribuitur; adeò ut ad Eccleſias confugientem vel intra 30. paſſus conſiſtentem violenlenter abſtrahens excommunicetur, aliisque pœ-

nis legitimis plectatur. *c.35.c.10.c.5.c.36.c.20.17.q.4.*

§. 5. Res Eccleſiaſticæ immunitate gaudent, ut ab onere tributorum aliarumque exactionum, quæ à poteſtate ſeculari imponuntur, ſint exemtæ, adeò ut imponens aut exigens excommunicetur. *c.4.c.7.hic.c.4. de Cenſ. in 6.* Niſi magna adſit reipublicæ neceſſitas, aut manifeſta Eccleſiæ utilitas; Tunc enim Clerici, conſulto prius Pontifice, laicis ſubvenire poſſunt. *c.7.§. verum h.t.*

TIT. L.

Ne Clerici vel Monachi ſe ſecularibus negotiis immiſceant.

§. I. Clerici ſe ſecularibus negotiis immiſcere non debent. Sic igitur non debent contentiones vel rixas litesve amare & proſequi, exceptâ defenſione orphanorum & viduarum. Non debent laicis miniſtrare & procurationes aliorum negotiorum ſuſcipere, judiciis præeſſe, judicium ſanguinis agitare, item tabellionatus officium exercere, lucri causâ negotiari, leges civiles audire & medicinam diſcere. *c.1.c.2. c.3. c.4.c 8. c.9. X. h.t.*

§. 2. Quodſi clericus ſit procurator, judiciis præſit, judicium ſanguinis agitet, munusve tabellionis exerceat, ſit irregularis & deponitur ab officio & beneficio; Si negotiationem exerceat, ſi tertiò monitus non deſiſtat, privilegium immunitatis amittit; Si leges vel medicinam audierit, ſi redire ad clauſtrum detrectet, excommunicatur &c. Et ſic variæ ſunt pœnæ, pro varietate negotii, cui Clericus vel Monachus ſe immiſcet.

FINIS LIBRI III.

LIBER IV. DECRETAL.

TIT. I.

De Sponſalibus & matrimoniis.

§. I. SPonſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. *c.* 3. 30. *qu.* 5. ſunt vel *de præſenti*, vel *de futuro*, *c.* 31. *X. h. t. Hæc* fiunt per verba futuri temporis v. gr. *Ego te ducam in uxorem. c. pen. h. t. Illa* fiunt per verba præſentis temporis v. gr. *Ego te duco in uxorem*, ſuntque contractus matrimonii. *c.* 1. *c.* 25. *& d. c.* 31. *X. h. t.*

§. 2. Sponſalia de futuro ſunt iterum vel *ſimplicia*, cum ſponſus ſponſæ nudè & ſimpliciter promittit, ſe velle eam in uxorem ducere, & vice verſa. *c.* 4. *c. ſi inter eod.* vel *firmata*, cùm aut arrhæ; aut annulus datur, aut Juramentum interponitur. *c.* 14. *c.* 15. 27. *qu.* 2. *c.* 12. *c.* 15. *c.* 16. *eod.* Annuli datio tamen ſimpliciter facta, ſponſalia non indicat, ſed inſuper requiritur, ut ſive voce, ſive ſignis exprimatur, in hoc ut ſponſalia contrahantur, annulus detur & recipiatur *c. illud* 15. *qu.* 1. *c. ne quis* 22. *qu.* 2.

§. 3. Contrahere ſponſalia poſſunt omnes, tàm puberes, quàm impuberes qui ſeptennium exceſſerunt. *c.* 5. *de deſponſ. impub.* Ante ſi contraxerint, poſt ſeptimum annum legitimo conſenſu. *c.* 12. *eod.* vel cohabitatione. *c.* 4. *c.* 5. *eod.* vel nixu

ad coitum. *c.3. h.t. c. 7. de eo qui cogn. conſ.* accedente convaleſcunt. Pater tamen pro filio, mater pro filia, patruus pro nepte, tutores & curatores pro pupillis & alii pro aliis ſponſalia contrahere poſſunt; modò hi puberes tacitè vel expreſsè conſentiant. *c. un. de deſponſ. impub. in 6.*

§. 4. Contrahi ſponſalia poſſunt vel *purè* vel *adjectâ die* vel *ſub conditione. Purè* cum vir & mulier ſimpliciter & abſolutè ſe invicem futuros conjuges pollicentur. *c. 2. & c. 10. h. t. Dies* ſponſalibus adjicitur, cum quis intra certum temporis ſpatium aliquam ſe in uxorem ducturum promittit. *c. 22. h. t. ſub conditione* celebrantur ſponſalia, cum in aliquem caſum vel eventum differuntur. Conditione pendente ea non ſunt firma *c. 3. c. 5. de condit. Appoſ.* Niſi carnalis copula ſit ſubſecuta *d. c. 3. & c. 6. eod.*

§. 5. Diſſolvi ſponſalia poſſunt mutuo conſenſu. *c. 2. hîc.* abſolutione judicis. *c. 8. eod. c. 2. de deſponſ. impub.* affinitate ſuperveniente. *c. 2. de conſ. & aff.* ingreſſu religionis. *c. 16. h. t. c. 2. de conv. con. jug. in 6.* Fornicatione ſive *corporali*, utpote cum ſponſa cum alio fornicatur *c. 33. 27. qu. 2.* etiam vi *c. 25. de jurejur.* ſive *ſpirituali* ut ſi alteruter in hæreſin vel idololatriam inciderit. *c. 6. c. 8. 28. qu. 1.* Defectu implementi ejus, quod promiſſum, aut conditionis. *Dd. ad c. 3. de condit. Appoſ.* Morbo contagioſo ſubſequente. *c. fin. de conjug. lepr. c. 25. de jurejur.* &c.

§. 6. Matrimonium eſt legitima viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem con-

continens. Eſtque vel *publicum* (dum ſponſalia de præſenti ſunt ipſum matrimonium) quod per verba de præſenti in præſentia teſtium ſervatis debitis requiſitis fit; vel *clandeſtinum*, quod non adhibitis teſtibus, nec obſervatis requiſitis legalibus eſt contractum. Gloſs. *ad c.* 3. *X. de cland. deſp.*

§. 7. Dividitur matrimonium porrò in *legitimum & non ratum*, in *ratum ſed non legitimum* ac in *legitimum & ratum. c. f.* §. *item* 28. *qu.* 1. *Iſtud* ſc. legitimum & non ratum eſt, quod ſecundum leges vel provinciæ mores contrahitur, cujusmodi eſt matrimonium infidelium, quod non eſt ratum ſive firmum, quoniam non eſt indiſſolubile. *c.* 7. *de divort. Illud* ſc. ratum ſed non legitimum eſt, quod neglectis juris ſolennitatibus nuptialibus ſolo affectu maritali contrahitur, quale eſt matrimonium clandeſtinum inter fideles, quod tamen poſt *Concil. Trid. Seſſ.* 24. *de ref. c.* 1. nullum eſt. *Hoc* ſc. legitimum & ratum dicitur, quod fideles, ſervatis canonum ſolennitatibus, celebrant. *c.* 1. & *c.* 15. 28. *qu* 1.

§. 8. Ulterius matrimonium dividitur in *initiatum* ſc. conſenſu *c.* 2. 27. *qu.* 2. & *conſummatum* ſc. copula. *c.* 2. *de conv. conjug. c.* 34. *ſeq.* 27. *q.* 2 In *verum* & *præſumtum*; In *verum* & *putativum*; In *primum* & *ſecundum.*

§. 9. Matrimonium contrahere poſſunt, qui coire & conſentire poſſunt, licet ſint impuberes. *c.* 3. *c.* 8 *c.* 9. *X. h. t.* Modò *legitimè* contrahant; Hinc conſentire contrahentes debent *voluntariè c.* 17. *X. h. t.* adeò ut ſi *vi*, *metu*, vel *errore* nuptias

contraxerint, eæ ſint ipſo jure nullæ. *c.* 14. *eod.* *Metum* tamen intellige talem, qui in conſtantem virum aut fœminam cadere poteſt. *c.* 28. *in fin. h. t. c.* 6. *de iis quæ vi met. cauſ.*

§. 10. *Error* nuptias impedit, qui contingit circa ea, quæ ſunt de matrimonii eſſentia, ut ſunt perſonæ & mutua corporum poteſtas: Non, qui contingit circa qualitatem perſonæ & fortunæ. *Gloß. & Abb. in c. cum dilectus.* 6. *de iis quæ vi met. cauſ.* Hinc qui loco perſonæ honeſtæ aut virginis corruptam aut meretricem accipit, verum contrahit matrimonium, quin imò facti meritum habebit, qui publicam meretricem de lupanari extrahit & in uxorem ducit. *c.* 20. *X. h. t.*

§. 11. Si matrimonium contrahentes parentes habeant, eorum conſenſum olim ex neceſſitate. *c. non omnis* 12. *ſeqq.* 32. *qu.* 2. *c.* 1. 30. *qu.* 5. Hodie ex honeſtate. Concil. Trid. *Seß.* 24. *c.* 1. tantum adhibere debent.

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Poteſt etiam unus ſuo diſſenſu impunè diſcedere à ſponſalibus miſſo repudio. *l.* 1. *C. de ſponſ. l.* 2. *§. pen. & ult. ff. de divort. l.* 2. *in fin. C. de repud.*

J. Can. Sponſalia de præſenti non revocantur. *c.* 22. *c. pen. X. de ſponſ.* de futuro contracta ſolvuntur quidem ſed utriusque diſſenſu *c.* 2. *X. eod.*

J. Civ. Sponſalia nulla aut invalida, nullum quoque producunt effectum. arg. *l. non dubium* 5. *C.* de *LL.*

J. Can. Talia ſponſalia creant impedimentum, ſeu,

ſeu, ut loquuntur, juſtitiam publicæ honeſtatis *c.* 5. *X. de deſponſ. impub.*

J. Civ. Sponſa ſponſum abſentem per triennium expectare cogitur. *l.* 2. *C. de repud.*

J. Can. Sponſa ſponſo de futuro ante copulam ad remota ſe transferente liberè cum alio contrahit, etiamſi juraſſet priori, modò per illam non ſtetit, quominus matrimonium fuit conſummatum. *c.* 5. *X. de ſponſ.*

J. Civ. Habilitas matrimonii judicatur ex pubertate, quæ contingit in maſculis anno decimo quarto completo, fœminæ verò ſunt viri potentes poſt annum duodecimum. *pr. J. h. t. pr. J. quib. mod. tut. fin. l.* 4. *h. t.*

J. Can. Non ad annorum numerum, ſed habitum corporis & coëundi potentiam reſpicit. *c. puberes* 3. *c. de illis* 9. *ſeq. de deſponſ. impub.*

J. Civ. Conſenſus parentum, in quorum poteſtate liberi ſunt, in contrahendis nuptiis requiritur de neceſſitate. *pr. J. de nupt. l.* 2. *ff. eod.*

J. Can. Conſenſus parentum requiritur tantùm de honeſtate juxta canones novos. *c. ſufficiat.* 27. *qu.* 2. *c. cum cauſam. X. de raptor.* Conc. Trid. *Seſſ* 24. *de ref mat. c.* 1.

J. Civ. Requirebatur ad matrimonii conſummationem deductio in domum mariti. *l.* 5. 6. *de nupt. l.* 6. *C. de don. ant. nupt. l.* 15. *de cond & dem. l.* 68. 79. *de jure dot.*

J. Can. Et *moribus* patet, talem deductionem in domum in deſuetudinem abiiſſe, & ejus vice hodiè benedictionem ſacerdotalem cum precatio-

cationibus requiri. *c. aliter. c. nullus c. noſtrates* 30 *qu.* 5. *t. t. de cland. deſponſ. c. nulli.* 35. *qu.* 32. *c. ult. diſt.* 32.

TIT. II.

De deſponſatione impuberum.

§. I. DEſponſatio in *hac & ſeq. rubr. aliisque locis* eſt verbum commune ſponſalibus & nuptiis; ſiquidem per verba de futuro facit ſponſalia; deſponſatio autem per verba de præſenti facit matrimonium.

§. 2. Impuberes non poſſunt contrahere matrimonium. *c.* 10. *hic.* poſſunt tamen ſponſalia celebrare poſt annum ætatis ſeptimum. *c.* 4. *eod.* Idcircò deſponſatio per verba de præſenti inter impuberes facta non facit matrimonium ſed ſponſalia. *c. ult. eod.* judicantur puberes jure canonico ex habitu corporis, i. e. ex aptitudine ad liberos procreandos. *c.* 3. *eod.* jure autem civili ex ætate. *l. ult. C. quando tut. v. cur. eſſe deſ. pr. J. quib. mod. tut. fin. vid. tit. antec.* §. 3.

TIT. III.

De Clandeſtina deſponſatione.

§. I. MAtrimonium clandeſtinum eſt, quod non adhibitis teſtibus tribus aut duobus, ac Parocho, vel alio Sacerdote, cui Paſtor hoc munus demandavit, & non factâ publicè in Eccleſiâ parœciali trinâ denunciatione contractum. *c.* 1. *&.* 2. *X. h. t. c.* 1. 30. *qu.* 5. *c. fin. hic.*

§. 2. Liberi ex hujusmodi matrimonio clandeſtino procreati non ſunt legitimi, nec parentum

tum ignorantia excuſat. *d. c. fin.* Vid. Concil. Trid. *Seſſ.* 24. *de ref. mat. c.* 1. Valet tamen tale matrimonium & liberi ſunt legitimi ſi poſtea ab Eccleſia probetur. *c.* 1. *eod, c.* 9. *X. qui fil. ſint leg.* aut per eos qui clàm contraxerunt, publicetur *c.* 2. *h. t.* Lite ſuper eo motâ viro incumbit probatio. *c.* 1. *eod.*

TIT. IV.
De deſponſatione duarum.

§. I. BIna ſponſalia ſunt illicita, quocirco prima præferuntur, etiamſi ſecunda ſint jurata. *c. ſicut.* 22. *X. h. t.* Niſi priora ſint clandeſtina, tunc enim poſteriora publica præferuntur. *c.* 22. *X. de ſponſal.* niſi clandeſtina concubitu ſint conſummata. *c.* 30. *X. de eod.*

§. 2. Prioribus conditionatis poſteriora pura præferuntur, niſi itidem conditionata per copulam fuerint purificata. *c.* 6. *de condit. appoſ.* ſponſalibus prioribus de futuro præferuntur poſteriora de præſenti. *c.* 1. *h. t.*

TIT. V.
De Conditionibus appoſitis.

§. I. COnditio eſt qualitas actui adjecta, quæ vim ejus confert in caſum futurum incertum. §. 1. *J. de V. O. l.* 39. *de R. C.* Eſt verò conditio quæ deſponſationibus adjicitur, vel *reſolutiva* vel *ſuſpenſiva*; *Illa* actum jam perfectum ſub futurâ conditione reſolvit; vid. *c.* 1. *h. t.* *Hæc* iterum eſt vel *poſſibilis* & *honeſta*, vel *impoſſibilis* & *turpis*

§. 2. Conditiones poſſibiles & honeſtæ ſponſali-

ſalibus adjici poſſunt. *c.3.5.6.h.t.* Modo alter in conditionis implemento intereſſe habeat; Et ſic talis conditio ſuſpendit deſponſationem, niſi ante impletam promiſſionem conditionis matrimonium conſummaverit, vel ſponſam carnaliter cognoverit, tunc enim à conditione receſſiſſe videtur. *d. c.3.& c. 6.h.t.*

§. 3. Conditiones contra *matrimonii ſubſtantiam* pugnantes ſponſalia vitiant. v. gr. Contraho tecum, ſi generationem prolis evitaveris, ſi pro quæſtu te adulterandam dederis &c. Nam per has conditiones matrimonii ſubſtantia planè evertitur. *c.ult.X. h.t.* Reliquæ conditiones improbæ aut impoſſibiles v.gr. *ſi hominem occideris, digito cælum attigeris* &c. favore matrimonii pro non adjectis habentur. *c.1.c.ult. h.t.*

TIT. VI.

Qui Clerici vel voventes matrimonium contrahere poſſunt.

§. I. CLerici *majorum* ordinum, ob ſolenne caſtitatis votum, matrimonium nullo modo contrahere poſſunt. *c.1.& c. 2.X. h.t.* ita ut ordine inſigitus matrimonium contrahens fiat irregularis & ipſo facto ſit excommunicatus. *Clem.un. de Conſ.& Aff.* Clerici *minorum* ordinum matrimonium contrahere poſſunt. *c.1.X. de Cler. conj.* Ità tamen ut propterea beneficia Eccleſiaſtica amittant. *c.3.eod.*

§.2. Votum *ſolenne* ſive expreſſum, factum per profeſſionem religionis, ſive tacitum, adjunctum ordini, impedit matrimonium contrahendum

dum & dirimit contractum. *c.3. 6. & ult. h. t.* modò votum ſit legitimè factum. *c. 4. eod.* Votum *ſimplex* caſtitatis, ſive promiſſio cœlibatus Deo privatim facta, impedit quidem matrimonium contrahendum, contractum autem non diſſolvit. *d. c. 3. c. 5. & 6. eod.* Imò in hoc voto ſimplici diſpenſatio admittitur à Pontifice facienda, cum Epiſcopus non poſſit diſpenſare in tribus votis reſervatis, puta: *Caſtitatis*, *religionis*, & *peregrinationis in terram ſanctam.* vid. *c. 5. h. t.*

TIT. VII.

De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

§. I. MAtrimonium inter adulterum & adulteram valet, ſi modo nemo horum contra vitam primæ uxoris machinationem intenderit, nec primâ uxore ſuperſtite fidem de matrimonio contrahendo hi ſibi invicem dederint; Quodſi enim horum intervenerit, matrimonium eſt invalidum. *c. 3. & c. 6. h. t.*

§. 2. Si quis vivente legitimâ uxore aliam duxerit, vel cum ea ſponſalia contraxerit; Tunc ſi hæc à primæ uxoris viro carnaliter cognita eſt, aut ſcivit eum habere uxorem, matrimonium omninò reſcinditur, & ne mortuâ quidem primâ uxore toleratur. *c. 4. 5. & ult. h. t.* Si verò ignorabat eum habere uxorem, & cum eo ſe carnaliter non commiſcuit, matrimonium poſt primæ uxoris obitum contrahi poteſt, & antea contractum non dirimitur. *d. c. ult.* Nec fit thori ſeparatio ad petitionem viri, niſi mulier divortium petat. *c. 1. eod*

DIE

J. Civ. Adulter adulteram in uxorem ducere indiſtinctè nequit *l. 13. ff. de his quæ ut indign. Nov. 134. v. 12.*

J. Can. Hoc permiſſum ſub duabus limitationibus (1) niſi adulteræ vivâ uxore matrimonium promiſſum (2) niſi alter adulterantium in necem conjugis innocentis fuerit machinatus. *c. 6. X. de eo quidux. in matr. quam poll. per adult. c. 2. 30. qu. 1.*

J. Civ. Non tenetur pater liberis inceſtuoſis & ex damnato coitu natis alimenta præbere. Nov. 89. *c. fin.* Auth. *ex complexu. C. de inceſt. nupt*

J. Can. Liberis ex adulterio ſuſceptis præſtari debent alimenta. *c. 5. X. de eo qui dux. in matr. quam poll.* vid. tamen Ugep. *ad X. eod. tit. n. 5.*

TIT. VIII.
De Conjugio Leproſorum.

§. I. LEproſi contrahere ſponſalia & matrimonium poſſunt. *c. 2. h. t.* Modò inveniantur fœminæ, quæ leproſis nubere velint. arg. *c. 23. de ſponſ. & matr.* ſpoſalia de futuro ob ſupervenientem in alterutro lepram dirimi poſſunt, niſi carnalis copula ſecuta ſit. *c. ult. eod.*

§. 2. Sponſalia de præſenti, ob ſupervenientem lepram non poſſunt dirimi, licet copula non ſit ſecuta. Hoſtienſ. *hic.* & Gloſs. *in c. 25. verb. teneretur. X. de jurejur.* Matrimonium nec ſuperveniente leprâ diſſolvi poteſt, imò conjux ſanus leproſæ, vel leproſa ſano matrimoniale debitum

reddere

reddere tenetur. *d. c. 2. h. t.* Ad quod ſi induci non poſſit, utrique injungitur, ut altero vivente continentiam ſervet. *c.* 1. *eod.*

TIT. IX.

De Conjugio ſervorum.

§. I. SErvi invitis dominis matrimonium contrahere poſſunt, ſalvo tamen jure dominicæ poteſtates *c.* 1. *h. t.* Quodſi liber ancillam, quam liberam putat, in uxorem ducat, aut ſi libera nubat ſervo quem pro libero habet, matrimonium ob errorem in conditione perſonæ, non valet. *c.* 2. 4. *& f. h. t.*

§. 2. Non eſt tamen error in conditionæ perſonæ, nec eſt matrimonium inutile, ſi vir dicatur natus ex matre ancilla & patre libero, dummodo ſecundum leges aut conſuetudinem loci partus ſequatur patrem. *c.* 3. *h. t.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Servi non contrahunt matrimonium, ſed tantum contubernium. *l.* 3. *C. de inceſt. nupt l.* 23. *C. ad l. jul. de adult. l.* 41. §. 2. *de legat.* 3.

J. Can. Inter ſervum & ſervam juſtum contrahitur matrimonium *c.* 1. *& tot. tit. X. de conjug. ſerv.*

TIT. X.

De natis ex libero ventre.

§. I. NAtus ex libero ventre, i. e. matre liberâ patre verò ſervo, perinde ut jure civili juxta §. 4. *J. de jur. perſ.* matris conditionem quoad ſtatum ſequitur, & ſic liber eſt, quia etiam

de

de jure Canonico partus ventrem ſequitur. *c. un. X. h. t.*

§. 2. Quodſi pater eſſet liber, mater verò ſerva, partus cenſendus eſſet ſervus: attamen ſi conſuetudo provinciæ contra ferat, ea non eſt improbanda; idque favore libertatis, pro qua in dubio eſt reſpondendum. *c.* 3. *de Conjug. ſerv. L.* 2c. *de R. J.*

TIT XI.

De Cognatione ſpirituali.

§. I. Cognatio ſpiritualis eſt perſonarum propinquitas ſeu conjunctio ex baptiſmo vel confirmatione proveniens. *c. un. h. t. in* 6. Eſtque vel *compaternitas* quæ eſt inter patrem ſpiritualem & patrem carnalem, vel *paternitas*, quæ inter baptizantem & baptizatum, nec non inter ſuſcipientem & ſuſceptum, vel *fraternitas*, inter filios baptizantis & ſuſcepti. *c. quod autem*, 30. *qu.* I. *c.* 8. *h. t. c* I. *eod. in* 6.

§. 2. Prohibet hæc cognatio non tantùm matrimonium contrahi, ſed & contractum dirimit. *c.* I. *eod. in* 6. *c.* 6 *c.* 7. *eod. c.* I. 30. *qu.* I Si vir vel uxor filium proprium ſacro de fonte ſuſceperit, (quamvis ſi id prudenter faciant, peccent. *c.* 6. *de his* 30. *qu.* I.) non idcirco alter alteri poteſtatem corporis ſubtrahere poteſt, niſi ad continentiam ſervendam poſſunt conjuges induci. *c.* 2. *de Cognat. ſpir.* Hodie ex decreto concilii Tridentini cognatio ſpiritualis & ob eam matrimonii prohibitio tantùm contrahitur inter baptizatum & illius patrem & matrem & ſuſcipientem, & inter confirman-

firmantem & confirmatum illiusque patrem & matrem ac tenentem. *Seſſ. 24. de ref. mat. c. 2.*

TIT. XII.

De Cognatione legali.

§. I. COgnatio legalis eſt perſonarum proximitas ex adoptione vel arrogatione ſolenni ritu factâ, proveniens. Gloſs. Hoſt. & Panorm. *ad c. un. h. t.*

§. 2. Hæc inter aſcendentes & deſcendentes tàm durante quàm ſolutâ adoptione matrimonium contrahi prohibet & contractum diſſolvit. *c. 1. 30. qu. 3.* inter collaterales tantum eâ durante. *c. un. h. t. c. 6. 30. qu. 3.*

TIT. XIII.

De eo, qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ.

§. I. SI quis cognoverit ſponſæ ſuæ de futuro conſanguineam, ſponſalia iſta propter ſupervenientem illicitam affinitatem diſſolvuntur. *c. 2. h. t.* Nec ſponſalia de præſenti, nec matrimonia diſſolvuntur propter affinitatem ex fornicatione ſupervenientem, per *c. 2. 10. & fin. h. t.* Quia matrimonium legitimè contractum eſt indiſſolubile. *c. 18. 33. qu. 2.* Affinitas fornicaria matrimonium antecedens impedit contrahendum jure decretalium uſque ad quartum gradum, ſed juxta Concil. Trid. *Seſſ. 24. de reform. matr. c. 4.* uſque ad ſecundum gradum.

§. 2. Pœna hujus illicitæ conjunctionis eſt, ut fornicator ab uxore ſua debitum conjugale exi-

gere nequeat, reddere tamen petenti debeat, attamen cum gravi cordis dolore. *c*. 4. *h. t. c.* 1. *c.* 6 *eod.* Quomodo affinitatis impedimentum probandum ſit, continetur in *c.* 3. *&* 5. *h t.* Impeditur interim matrimonium contrahendum ad unius teſtis jurati dictum, nec reprobatur, licet propriam alleget turpitudinem. *c.* 12. *X. de ſponſal.*

TIT. XIV.

De Conſanguinitate & Affinitate.

§. I. CONſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali copulatione contractum. *c.* 10. *X. de probat.* ibique Abb. *n.* 10. Tria circa conſanguinitatem potiſſimum ſunt conſideranda: *ſtipes. linea, gradus.*

§. 2. *Stipes* eſt perſona, à qua aliæ, de quarum conjunctione quæritur deſcendunt. *Linea* eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium diverſos continens gradus. Eſtque vel *Recta* vel *obliqua* ſive collateralis. Hæc iterum vel *æqualis*, quando illi de quorum conjunctione quæritur, æqualiter à ſtipite diſtant, vel *inæqualis*, quando ab eo diſtant inæqualiter. *c.* 1. 2. 35. *qu.* 5. *Gradus* eſt habitudo diſtantium perſonarum, quâ propinquitatis diſtantia diſcernitur.

§. 3. Quoad computationem graduum obſervandum, quod duo gradus juris civilis unum canonicum conſtituant. *c.* 2. *ad ſedem.* 35. *qu.* 5. Et ſic in linea *recta* hæc regula obtinet: *Quot generationes numerantur, tot numerantur gradus, demto ſtipite.* In linea *collaterali æquali*: *Quoto gradu unusquisque eorum diſtat à communi ſtipite, eodem diſtant inter*

ſe

ſe. c. 4. 35. *qu.* 5. In linea *collaterali inæquali*: *Quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, eodem diſtant inter ſe. c. ult. X. h. t.*

§. 4. In linea *recta* inter aſcendentes & deſcendentes nuptiæ prohibentur in infinitum *c.* 18. 35. *qu.* 2. In linea *collaterali* ſive æquali ſive inæquali olim uſque ad ſeptimum gradum. *c.* 16. *c.* 17. 35. *qu.* 2. Hodie uſque ad quartum incluſivè. *c.* 8. *X. h. t.* Matrimonium tamen intra illum gradum ab infidelibus contractum & poſtea converſis, non eſt diſſolvendum. *c.* 4. *eod.*

§. 5. Affinitas eſt conjunctio diverſarum cognationum per coitum etiam illegitimum. *c. pen.* X. *de eo qui dux. c* 10. 35. *qu.* 3. Non extenditur ad affines perſonæ conjunctæ. *c.* 8. *h. t.* nec ad cognatos viri & mulieris inter ſe. *c.* 5. *c. pen. eod.* Ejus gradus analogicè hoc jure eodem modo computantur, quo gradus conſanguinitatis *d. c. pen. & ult.* Genera Affinitatis ſunt tria: *Primum, Secundum* & *Tertium*, prout perſonæ ultimi affinis alia perſona matrimonio jungitur. Non mutato autem ſexu non mutatur genus affinitatis, licet plures nuptiæ interveniant.

§. 6. In linea *recta* matrimonium inter affines planè eſt prohibitum, cum hi parentum & liberorum loco habeantur. *c.* 1. X. *h. t.* In linea *collaterali* uti inter conſanguineos, ad quartum gradum incluſivè, modo quæratur de primo affinitatis genere. In tertio & quarto enim permittitur. *c. pen.* X. *h. t.* Affinitas tamen ſuperveniens non diſſolvit matrimonium nec ſponſalia de præſenti.

O 2 DIF.

J. Civ. Quoad computationem graduum in linea collaterali, regula eſt: Tot ſunt gradus, quot inter utramque perſonam conjunctam intercedunt generationes. §. 7. *J. de grad. cogn.*

J. Can. In linea collaterali tàm æquali quàm inæquali unum latus & quidem longius numerat. vid. *ſuprà* §. 3.

J. Civ. Affinitatis gradus nulli ſunt. *l.* 4. §. 5 *ff. h. t.*

J. Can. Ad analogiam conſanguinitatis gradus ſunt introducti. *c.* 3. 35. *qu.* 5. *c.* 3. *c.* 13. 15. *qu.* 1. *&* 2. *c.* 1. *c.* 8. x. *h. t.*

J. *Civ.* Permiſſæ ſunt nuptiæ inter conſobrinos & duorum fratrum liberos. §. *duorum* J. *de nupt. l.* 19. *C. eod.*

J. *Can.* Uſque ad quartum gradum incluſivè, computationis canonicæ, prohibitio eſt extenſa. *c. pen.* x. *h. t.*

J. *Civ.* Matrimonium tantum prohibetur inter eos affines, qui parentum & liberorum loco ſunt ſibi invicem; ut eſt ſocer, nurus, ſocrus, gener, vitricus, privignus &c. *l.* 4. §. 7 *ff. h. t. l.* 15. *eod.*

J. *Can.* Etiam inter transverſales affines in certis gradibus prohibetur. vid. *ſuprà* §. 6. Hinc vitricus privigni ſui relictam viduam de jure Canonico ducere poteſt, *c. pen.* x. *de Conſang. & Aſſin.* Cum tales perſonæ ſint in ſecundo affinitatis genere. Secus de jure civili. *l.* 15. *ff. de nupt. l.* 4. §. 7. *de grad. affin.*

TIT.

TIT. XV.

De frigidis & maleficiatis, & impotentiá coëundi.

§. I. IMpotentia coëundi eſt vitium, quo quis alteri carnaliter commiſceri impeditur. *c.* 3. X. *h. t.* Eſtque vel *naturalis* vel *accidentalis* ad hanc pertinet maleficialis; Utraque occurrit vel in viro vel in fœmina. In viro eſt *frigiditas*, quando vir in ætate habili quidem eſt conſtitutus, ſed tamen ad exercendam venerem eſt ineptus; Hoc vitium plerumque eſt naturale, interdum tamen accidentale. Accidentalis impotentia oritur vel ex *morbo*, vel ex *violentia* quadam externa, unde Thlibiæ, Thlaſiæ & caſtrati. vid. *c.* 9. 33. *qu.* 5. vel ex oculta, *vi magica* per faſcinationes.

§. 2. In uxore itidem impotentia eſt vel *naturalis* vel *accidentalis*. Naturalis conſiſtit (1) in nimia uteri anguſtia, ob quam mulier cognoſci nequit. *l.* 14. §. 7. *de ædil. edict c.* 6. *h. t.* (2) ſumma declinatione ipſius uteri. Paul. Zach. *quæſt. Medic. Legal. L.* 3. *t.* 1. *qu.* 3. (3) Quando ob impedimentum naturale mulier genua disjungere nequit. Exemplum vid. apud Dn. Stryck *ad Brunn. jus Eccl. c.* 17. §. 7. Accidentalis mulieris impotentia, iterum medicamentis vel morbo vel etiam Dœmonis præſtigiis conciliatur, vid. Panorm. ad *d. c* 6. *h. t.*

§. 3. Ob impotentiam naturalem in maſculo & matrimonium contrahendum impeditur, & contractum dirimitur. *c.* 1. & 2. 33. *qu.* 1. In muliere, ſi medicorum ope curari poteſt, non impe-

O 3 ditur;

ditur, ſi non poteſt, vel non abſque gravi vitæ periculo, impeditur & contrahendum, & contractum reſcinditur. *c.* 6. *x. h. t.* Modo alter conjugum ignoret vitium impotentiæ, ſecus ſi ſciat. *c.* 4. *eod.* Accidentalis impotentia matrimonium præcedens & contrahendo, & contracto matrimonio præſtat impedimentum, non autem ſi durante matrimonio contigit. *c. ſi per ſortiarias*, 4. 33. *qu.* 1.

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Propter immenſam fragilitatem mariti, non ſtatim divortium facere licebat, ſed adhuc jure Codicis biennium, jure Novellarum verò triennium erat exſpectandum, an interea vegetus poſſet fieri & peculiatus. *L. antep. C. de Repud. Nov.* 22. *c.* 6.

J. Can. Si de impotentia mariti judicio medicorum certò conſtet, ſtatim conjuges ſeparantur, alias ſi caſus eſt dubius, cohabitabunt per triennium, ſi nec hoc tempore maritus ea potuit agere, quæ à natura viris ſunt conceſſa, pro eo tanquam deſperato, ut tritum ſonat proverbium, ad tibicines debet mitti, & ita matrimonium diſſolvitur. *c.* 5. *x. h. t. c. requiſiviſti.* 33. *qu.* 1.

J. Civ. Licuit ab uxore divertere. *l.* 60. *§. in fin. l.* 62. *ff. de donat. inter vir. & uxor.*

J. Can. Illud non procedit. *c.* 18. 32. *qu.* 6. *c.* 27. 32. *qu.* 7. Uxor enim non tantùm quærendorum liberorum cauſâ, ſed etiam ob alios fines ducitur. *c. nuptiarum.* 32. *qu.* 1.

TIT.

TIT. XVI.

De matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.

§. I. IMpedimentum, quod ab interdicto Eccleſiæ fluit, vel dependet (1) à lege vel (2) à judice Eccleſiaſtico vel (3) Parocho. Primo caſu certis temporibus nuptiæ celebrari prohibentur, niſi diſpenſatio intervenerit, ubi tamen pompa nuptialis abeſſe debet. Vallenſ. *ad h t. n. 2. in fin.* Secundo caſu interdicitur matrimonium ex juſta cauſa v. gr. propter adulterium, uxoricidium, ſponſalia priora &c. *c 3. h. t.* Tertio caſu dicitur fieri, quando Parocho impedimentum aut denunciatur, aut ejusdem probabilis ſuſpicio adeſt. vid. *c. 3. in pr. de cland. deſponſ.*

§. 2. Quodſi non obſtante interdicto matrimonium ſit contractum, matrimonium valet impoſitâ contrahentibus pœnâ. *c. 1. & 2. X. h t.* Contrarium verò & quod ſit nullum ipſo jure probatur in *c. 13. X. de deſponſ. impub.* Hinc conciliationis gratiâ, *Gloſſa* diſtinguit inter impedimentum perpetuum & temporale, ibi diſſolvendum matrimonium eſſe aſſerit, hîc ſubſiſtere pœnitentiâ contrahentibus impoſitâ. Probat quoque hanc diſtinctionem Caniſius. *h. t. n. 2. & Ungep. h. t. n. 2* Gonzalez. verò ad *c. 3. h. t.* diſtinguit: an interdicto ſit adjecta clauſula irritans nec ne? Priori caſu putat matrimonium eſſe nullum juxta *c. 13. de deſp. imp.* ſecus verò poſteriori, juxta *c. 1. & 2. h. t.*

TIT. XVII.

Qui filii ſint legitimi.

§. I. Filii legitimi ſunt, qui (1) naſcuntur ex matrimonio legitimo, quale eſt, quod publicè, ſive in facie Eccleſiæ, contractum eſt. vid. *c.* 1. *& c.* 7. *h. t.* (2) qui ex parentibus ſolenniter quidem, ſed propter impedimentum latens nulliter junctis, ex matrimonio putativo bonâ fide & publicè contracto ſunt procreati. *c.* 2. *eod. c.* 14. *eod.* (3) qui ex vero matrimonio ſunt progeniti, etiamſi probari poſſit, uxorem adulterium commiſiſſe. *l.* 6. *de his qui ſui v. al. jur.* arg. *l.* 3. §. 1. *ad Sct. Sillan.* niſi apertè conſtet, quod ex adulterio concepti ſint *c.* 4. *X. h. t.* (4) qui nati ſunt ex matre ex ſecundo matrimonio, poſt prolatam divortii ſententiam ſuper primo, per quam facultas contrahendi ulteriores nuptias conceditur. *c.* 8. *h. t.* (5) qui naſcuntur ex matrimonio clandeſtino per Eccleſiam approbato, adeoque rato. *c.* 9. *h. t.* &c.

§. 2. Filii legitimi fiunt (1) Per ſubſequens matrimonium. *c.* 1. *h. t. & c.* 6. *eod.* Ubi ſufficit ſolum matrimonium ratum. Engel. *h. t. n.* 9. (2) Per reſcriptum Principis aut ſummi Pontificis. *c.* 13. *eod.* Probatio filiationis oritur (1) ex nativitate in familia patris (2) Ex educatione (3) Ex patris nominatione. vid. Canis. *ad c.* 3. *h. t.* & Gonzal. *ad c.* 10. *X. de probat.*

§. 3. Judex Eccleſiaſticus primariò de legitimatione cognoſcit & principaliter, de hereditate verò nonniſi per conſequentiam, per indire-

ctum,

ctum & incidenter, quatenus ſimul declarat, filium ratione legitimationis non poſſe inquietari in ſucceſſione *c.* 1. *h. t.* ibique Gonz. *c.* 5. *eod.*

TIT. XVIII.

Qui matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtari.

§. I. Accuſare matrimonium, eſt impedimentum, ob quod inter conjuges matrimonium conſiſtere non poteſt, explicare *c.* 1. *h. t.* Illud poſſunt vel *conjuges ipſi*, ſi nimirum impedimentum delictum conjugis non contineat, nec aliorum interſit v. gr. Si mulier tàm arcta ſit, ut cognoſci non poſſit, ſi vir tàm frigidus ut coire nequeat. *arg. c.* 4. *de frigid. & malef.*

§. 2. Vel *conſanguinei & extranei*, ſi impedimentum delictum contineat, utpote ſi in gradu prohibito aliqui contraxiſſe dicantur. Conſanguinei tamen extraneis, inter illos proximiores remotioribus, inter hos ſeniores & præſtantiores aliis præferuntur. *c.* 3. *h. t. c.* 1. 35. *qu.* 6. Accuſantes juramentum præſtant, ſe neque gratiâ neque pretio, neque timore, neque odio accuſare, ſed quia credunt, impedimentum quod allegant verum eſſe, vel ita ſe ab anteceſſoribus audiviſſe. *c.* 5. *c.* 8. 35. *qu.* 6.

§. 3. Accuſantes duo vel tres teſtes adducere debent qui idem Juramentum præſtant. *d. c.* 5. *&* 8. Qui tamen teſtes non ſolum poſſunt eſſe extranei, ſed & conſanguinei & parentes, favore matrimonii. *d. c.* 5. imò idem & teſtis & accuſator eſſe poteſt. *c.* 4. 35. *qu.* 6. *c.* 22. *X. de teſtib.*

TIT.

TIT. XIX.

De Divortiis.

§. I. Divortium eſt legitima ſeparatio mariti & uxoris, apud competentem judicem, cum juſta cauſæ cognitione facta. Panorm. *ad c.* 10. *X. de reſtit. ſpol.* Dividitur (1) in proprium & improprium, quod poſterius eſt, quando matrimonium ob impedimentum pro *nullo* declaratur. (2) in *totale* ſive plenum, quo matrimonii vinculum plenè diſſolvitur, *c.* 5. 35; *qu.* 2. & *partiale* ſive minus plenum quo conjuges tantum quoad thorum & menſam à ſe invicem ſeparantur. *c.* 2. 32. *qu.* 1.

§. 2. *Totale* fit devortium, propter *infidelitatem*, cum ſc. alter infidelium conjugum ad fidem Catholicam convertitur & infidelis ſine fidei Catholicæ injuriâ, vel ſcandalo continuo, cum eo cohibatere non vult *c. gaudemus* 1. *ibique Dd. & c. quanto* 7. *X. h. t.* Et ſic matrimonio quoad vinculum diſſoluto, conjuges liberè ad ſecunda vota tranſire, vel religionem alterâ parte invitâ, poſſunt intrare. *c.* 21. 27. *qu.* 2.

§. 3. *Partiale* fit divortium (1) propter adulterium alterutrius conjugum. *c.* 1. *c.* 3. 33. *qu.* 7. niſi uterque adulterium commiſerit. *c.* 4. *ſeq. h. t.* niſi maritus poſt adulterium uxorem ſibi reconciliaverit *c.* 1. *c.* 2. *c.* 3. 32. *qu.* 1. (2) Propter furorem ſi ſit tàm vehemens, ut probabile mortis periculum inducat. Covar. 2. *c.* 7. §. *fin. n.* 3. (3) Propter Hæreſin, in quam alter conjugum cadit. *c.* 2. *h. t. c. fin. de converſ. conjug.* (4) Propter ſævitiam cum alter

alter conjugum vel veneno, vel fuſtibus aut gladio, vitæ alterius inſidiatur. *c.* 1. *c.* 2. *h. t. c.* 1. *ut lit. non cont. c.* 3. *de reſt. ſpol.* (5) Propter crimen ſodomiæ. *c.* 2. 32. *qu.* 7.

§. 4. Diſſoluto quoad thorum matrimonio, nihilominus conjuges manent. *c.* 7. *h. t.* Qui ſine juſta divortii cauſa & ſine judicis auctoritate divertit, per actionem ad matrimonium colendum poteſt compelli. *c.* 8. *de reſt. ſpol. c.* 9. *de ſponſal; c.* 17. *c.* 19. 32. *qu.* 5. Quæ tamen ob ſævitiam viri diſcedit, divortio non legitimè facto, repetenti viro reſtituitur, modò prius vir caveat de ſecuritate. *d. c.* 8. ſi tanta ſit viri ſævitia, ut nulla ſufficiat cautio, uſque ad deciſionem cauſæ honeſtæ mulieri cuſtodienda committitur. Abb. *ad c.* 13. *& c.* 8. *de reſt. ſpol. c.* 1. 33. *qu.* 2.

DIFF. JUR. UTR.

J. Civ. Ob alterius conjugis adulterium ſolvitur matrimonium in totum & quoad vinculum matrimonii. *l. conſenſu.* 8. *C. de repud. Nov.* 117. *c.* 12.

J. Can. Hoc caſu tantum dirimitur quoad thorum & menſam. *c.* 1. *&* 2. *X. de divort.*

J. Civ. Sævitia mariti in uxorem jure Novellarum non amplius eſt juſta cauſa divortii. *N.* 117. ſicut olim erat ex conſtitutione Theodoſii. in *cit. l.* 8. *C. de repud.*

J. Can. Etiam ob ſævitiam mariti mulier ſeparationem thori petere, imò ad alimenta ſibi exhibenda extra lares mariti & dotem reſtituendam agere poteſt. *c.* 8. *X. de reſt. ſpol. c.* 13. *X. eod.*

TIT.

TIT. XX.

De donatione inter virum & uxorem, & de dote poſt divortium reſtituenda.

§. I. DOnationes inter conjuges non valent, perinde ut de jure civili, niſi (1) ſint modicæ, ex quibus nec alter fit locupletior, nec alter pauperior, (2) niſi donatoris morte confirmentur. *c. ult. X. h. t.*

§. 2. Diſſoluto matrimonio ceſſat cauſa dotis, & ſic dos eſt reſtituenda uxori, *c. 1. h. t.* ſive matrimonium pronuncietur nullum, ſive ſolvatur quoad vinculum, videlicet per profeſſionem religionis, ſive quoad thorum Gonzal. *ad d. c. n. 1.* Acquiſita tamen conſtante matrimonio, inter virum & uxorem diſſoluto matrimonio æqualiter ſunt dividenda. *c. 2. h. t.*

§. 3. Quodſi propter adulterium fiat ſeparatio quo ad thorum & menſam, tunc qui peccavit punitur amiſſione ſuæ dotis, vel donationis propter nuptias. *c. 1. c. 4. h. t.* Morte alterutrius ſoluto matrimonio dos ac donatio propter nuptias reſtitui debet vel ſuperſtiti vel ejus hæredibus, niſi vel pacto conjugum, vel ſtatuto, vel conſuetudine aliud obtineat *d. c. ult. X. h. t.*

DIFF. JUR. UTR.

J. Civ. Matrimonium poteſt eſſe ſine dote. *l. ult. pr. C. de donat. ant. nupt. l. ult. C. de repud. Auth. Preterea C. unde vir. & ux.*

J. Can. Nullum ſine dote fiat conjugium. *c. 6. 30. qu. 5.*

J. Civ.

J. Civ. Donationes inter virum & uxorem conſtante matrimonio non valent nequidem ſi ſint jurejurando firmatæ. arg. *l 5. C. de LL.*

J. Can. Jurejurando firmatæ valent, propter generalem rationem. in *c. cum contingat c. ſi vero. c. veniens X. de jurejurand.*

TIT. XXI.
De ſecundis nuptiis.

§. I. Dicuntur ſecundæ nuptiæ, quæ repetitæ ſunt poſt primas, etſi ſint vel tertiæ vel quartæ, vel plures repetitæ. *c.* 11. *ſeqq.* 31. *qu.* 1. Iterari tamen non debent, niſi de morte prioris conjugis conſtet. *c.* 19. *x. de ſponſal.* ſunt permiſſæ nec cenſentur injuſtæ. *c. ult. diſt.* 26. *c.* 13. 27. *qu.* 2. *c. pen.* 31. *qu.* 1.

§. 2. Sunt tamen in ſecundis nuptiis quædam ſpecialia, utpote: quod non benedicantur à Sacerdote. *c.* 1. 3. *h.* quod iis presbyter non poſſit intereſſe. *c.* 8. 31. *qu.* 1. quod, qui eas contraxit, ad dignitates Eccleſiaſticas non poſſit adſpirare. *c.* 3. *de bigam.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Mulier intra annum luctus citra pœnam infamiæ ad ſecunda vota tranſire nequit. *l.* 1. *l.* 11. §. 2. *ff. de his qui not. inf. l.* 12. *C. d. ſec. nupt.*

J. Can. Poteſt. *c. ult. & pen. X. de ſec. nupt. c. Exphæminum.* 2. *qu.* 3.

FINIS LIBRI IV.

LIB.

LIBER V. DECRETAL.

TIT. I.

De Accuſationibus, Inquiſitionibus, & denunciationibus.

§. I.

ACcuſatio eſt criminis alicujus coram judice competente ab eo, qui accuſandi jus habet, contra eos, quos accuſare licet, publicæ vindictæ cauſâ facta delatio.

§. 2. Accuſare poſſunt omnes qui expreſsè non prohibentur. *L.* 8 *ff. de Accuſ.* Prohibentur autem jure Canonico iidem, qui & civili jure. *c. canonica. ſeqq. c. accuſatores* 3. *qu.* 5. Et ſic repelluntur inimici, *c.* 7. *c.* 10. *c.* 13. *h. t.* criminoſi. *c.* 4. *c.* 6. 2. *qu.* 7. *c. poſtulatus* 3. *qu.* 7. Laici ab accuſatione Clericorum, niſi ſuam vel ſuorum injuriam proſequantur, *c.* 14. *de teſtam.* & vice verſâ Clerici ab accuſatione laicorum. *d. c.* 6. 2. *qu.* 7. Viles perſonæ ab accuſatione Epiſcoporum etiamſi inordinatorum. *c.* 1. 2. *qu* 7. &c.

§. 3. Hi tamen ferè omnes in criminibus atrocioribus, puta læſæ Majeſtatis, Hæreſis, Simoniæ admittuntur. *c.* 7. *c. licet Heli. de ſimon. L. pen C. de iis qui accuſ.* Plures aliquem de diverſo crimine accuſare poſſunt, non de eodem, *c.* 3. *h. t. L.* 16. *ff. eod.* Sic reus accuſatus pendente judicio non poteſt pari vel minori crimine accuſare, *c.* 1. *c.* non eſt, 3. *qu.* 11. majori tamen poteſt. *d. c. non eſt.*

§. 2

§. 4. Accuſari poſſunt rei utriusque ſexus, cujuscunque ætatis, modò doli ſint capaces. *L. 37. ff. de minor. L. 111. ff. de Reg. jur.* tàm mandantes quàm mandatarii *c. ſi quis iratus. ſeq. de pœnit. diſt.* 1. & ille qui, cum poſſet, non impediverit. *c.* 1. *ſeq. diſt.* 83. *c. facientis. diſt.* 86. Prohibentur tamen accuſari Imperator. *c. propoſuit. de Conc. Præb.* niſi hæreſeos, perjurii aut ſacrilegii. *c. ad Apoſtolicam de re jud.* Et Papa. *d. c. propoſuit*, niſi de hæreſi. *c. ſi Papa diſt.* 40.

§. 5. Judex competens eſt in *Clerico* judex Eccleſiaſticus. *c. Clericis de judic. c.* 11. *ſeqq.* 11. *qu.* 1. Niſi Clericus ſit exauctoratus & curiæ ſeculari traditus. *c. cum non ab homine. X. de judic. c. novimus. de Verb. ſign.* In *Laico* judex ſecularis, niſi de tali crimine quæſtio ſit, quod ad forum Eccleſiaſticum pertinet, ut ſacrilegium. *c.* 8. §. 1. *de for. comſ.* uſuræ, perjurium &c. Tum judex Eccleſiaſticus, quoad peccatum & detrimentum animæ cognoſcit. *c. novit. de judic.* Regulariter autem fit accuſatio in eo loco, ubi crimen eſt commiſſum, *c.* 1. *de rapt. c. Paulum* 2. *qu.* 3. vel ubi reus deprehenditur. *c.* 1. §. *contrahentes. de for. compet.*

§. 6. Accuſator ſe ad pœnam talionis inſcribere debet. *c. quisquis.* 2. *qu.* 8. niſi accuſet de criminibus levibus. *L.* 6. *ff. de recuſ.* aut crimine abigeatus *L. cui. C. de abig.* aut Apoſtaſiæ. *L. Apoſtatarum C. de Apoſt.* aut qui officii ratione accuſat. *L.* 7. *C. de recuſ.* Inſtitutâ tamen actione cauſa eodem modo agitur. v. gr. Excipiendo, litem conteſtando &c. quo in civilibus. *c. pen. de purgat. canon. L.* 2.

l. 4.

l. 4. *C. de edend.* Exceptis criminibus læſæ Majeſtatis & hæreſeos. *Dd. ad L.* 6. *ff. de accuſ.* & delictis notoriis, in quibus ordine judiciario ſolenni opus non eſt; *c. ſuper eo.* 3. *de teſt. cog. c.*21. *de jurejur.* Debent tamen adeſſe probationes luce meridiana clariores. *c. ſciant cuncti.* 2. *qu.* 8. *L. fin. C. de Probat.*

§. 7. Inquiſitio fit cum judex ex officio nemine accuſante in delictum inquirit, eſtque vel *generalis*, ut cum judex in delictum ipſum, an nimirum ſit perpetratum, inquirit, vel *ſpecialis*, cum in certam perſonam, quæ delictum commiſit, inquirit. Brunn. *Proc. Inquiſ. c.* 2. *n.* 2. 3. Inquiſitio generalis præparatoria eſt, & viam ſternit ad ſpecialem, quia cum judex ex inquiſitione generali tum de delicto, tum de authore delicti aliquam notitiam conſecutus eſt, ſolet poſtea per ſpecialem inquiſitionem adverſus perſonam illam in ſpecie ex officio inquirere. Brunn. *c. l. n.* 7.

§. 8. In ſpeciali tamen inquiſitione reo edi debent articuli, de quibus eſt inquirendus, item nomina & dicta teſtium, nec non exceptiones & replicationes illi permittendæ. *c. qualiter* 17. §. *debet igitur. h. t.* Quæ inquirenda ſunt, permittuntur arbitrio inquirentis. *c. olim.* 26. *verſ. inquiratis. X. h. t.*

§. 9. Denunciatio eſt delicti latentis facta judici, non obſervatâ formulâ accuſandi, nunciatio. *d. c. qualiter.* Eſtque vel *judicialis* vel *Evangelica* vel *Canonica. Illa* iterum eſt vel *publica* vel *privata*; Publica eſt quæ ex officio publico competit;

c. Ri

c. Roman. de cenſib. c. Menuam. 2. qu. 5. Privata eſt, quæ à privato utilitatis publicæ deſiderio inſtituitur.

§. 10. *Iſta* ſive Evangelica eſt, quæ fit ad emendationem & bonum animæ. v. gr. cum uxor occultum mariti adulterium, cum aliquis alicujus perjurium Sacerdoti denunciat. *c. ſi peccaverit. 11. qu. 1. c. ult. 32. qu. 5. Hæc* ſive Canonica eſt, quæ fit ad impediendum, ne quid illicitum fiat, ut puta, ſi quis denunciet eos, qui matrimonium contrahere volunt in gradu prohibito. *c. 27. de ſponſal. c. 13. de deſponſ. impub.*

§. 11. Fit delatio ſine inſcriptione. *c. 16. h. t.* Debet tamen delationem in Clericorum criminibus denunciandis charitativa præcedere monitio non autem in denunciandis criminibus laicorum. *c. 2. c. cum dilectus. h. t. c. qualiter. c. quando. eod.* Finis denunciationis eſt, ut crimina judici fiant nota, qui poteſtatem de reliquo inquirendi habet *c. ſuper his. eod.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Non permittitur fratri de gravi & capitali crimine accuſare fratrem. *L. ſi magnum 13. C. qui Accuſ. non poſſ.* In levioribus autem delictis permittitur. *L. ſororem 18. C. eod.*

J. Can. Frater de graviſſimo crimine hæreſeos poteſt fratrem accuſare. *L. literis. 14. de Præſumt.*

J. Civ. Poteſt damnatus accuſare ſuum accuſatorem vel alium, modò civitatem vel libertatem ex illa ſententia non amiſerit. *L. 5. §. 1. de publ. judic.*

J. Can. Secus eſt. *c. neganda* 3. *qu.* 11. *c.* 6. 6. *qu.* 1.

TIT. II.

De Calumniatoribus.

§. I. CAlumniator eſt, qui falſi criminis aliquem ſcienter & doloſè accuſat. Deſſel. *h. t. qu.* 1 inconſultus enim calor calumniæ vitio caret. *c. ſi quem pœnituerit.* 2. *qu.* 3. *c. ſi quis iratus.* 2. *qu.* 3. Patitur autem calumniator pœnam talionis, i. e. plectitur ſimilitudine ſupplicii, quod probato crimine ſubiiſſet reus, cum irrogatione infamiæ. *c.* 1. 2. *q.* 3. *c. quisquis.* 2. *qu.* 8. *c. calumniator.* 2. *qu.* 3.

§. 2. Quodſi Calumniator eadem pœnâ plecti nequeat, tunc alia & æque gravis infligitur, ut puta ſi Subdiaconus calumnioſè Diaconum ejus criminis, quo probato ſacro ordine exuendus eſſet, accuſet, officio ſubdiaconatus privatur, & verberibus publicè caſtigatus in exilium mittitur *c.* 1. *X. h. t.* ſi de animo calumniandi non appareat, accuſatori deferenda eſt canonica purgatio. *cit. c.* 1.

TIT. III.

De Simonia & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur.

§. I. SImonia eſt ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliquod ſpirituale vel ſpirituali annexum. Gonz. *ad c.* 1. *h. t.* Nomen habet à Simone Mago, qui primus hoc crimen patravit *Act.* 8. *c. qui ſtudet.* 1. *qu.* 1.

§. 2. Per emtionem venditionem intelligitur hic contractus quilibet oneroſus pecuniâ intervenien-

veniente; pecuniæ autem appellatione intelligitur quicquid homines poſſident. *c. totum quicquid.* 1. *qu.* 3. ſive ſit res corporalis, mobilis, immobilis, ſive incorporalis. *l. pecunia nomine* 222. *ff. de V. Sign.*

§. 3. Res ſpirituales ſunt v. gr. conſecrationes, benedictiones, ſacramentorum diſtributiones, ordinationes &c. *c. non ſatis. c. Eccleſia.* 9. *c.* 14. *c.* 16. *X. h. t.* Res ſpirituali annexæ ſunt v. gr. Præbendæ. *c. ſi quis objecerit.* 1. *qu.* 3. Quodſi ſpontè, absque animo permutandi, promiſſione, aut pacto, pro re ſpirituali eique annexâ aliquid offeratur, ſub crimen ſimoniæ non cadit. *c. Tua nos.* §. *ſi verò. h. t. c. veniens. c. ex Tua. c. fin eod.*

§. 4. Pretium eſt triplicis generis, vel pretium *Manus* i. e. pecunia aut quod ejus appellatione venit, vel *linguæ* i. e. favor, Advocatura &c. vel *obſequii* i. e. famulatus, informatio &c. Et his modis omnibus contrahitur ſimonia. *c. ſunt nonnulli.* 1. *qu.* 1.

§. 5. Dividitur Simonia (1) in eam quæ eſt juris divini, & eam quæ eſt juris humani; *Illa* circa res merè ſpirituales committitur, *Hæc* ex jure poſitivo prohibitionem ſuam habet, ex. gr. in venditione officiorum minus ſpiritualium, quale eſt officium Advocati Eccleſiæ &c. (2) in *conventionalem*, quæ in nuda conventione citra ipſum actum dandi, conſiſtit, *Realem* quæ conſiſtit in ipſa traditione rei, *Mentalem* quæ ſolo propoſito conſiſtit interno. *c.* 24. *c. ult. h. t.* Hæc nulla pœna in foro externo coërcetur, cum cogitationis pœnam nemo patiatur; *c. ult. h. t. c. cogitationis de pœn. diſt.* 1.

§. 6. Pœna ſimoniæ eſt varia. Conventionalis ita punitur, ut ab initio contractûs collatio ſit invalida, tanquam ſimoniacè facta; *Realis* ita plectitur, ut præter infamiam à jure inflictam ſimoniaci & mediatores deponantur. *c.* 38. *h. t.* fructus perceptos reſtituant. *c.* 2. *h. t.* Excommunicentur, nec niſi à Pontifice abſolvi poſſit. *c. quicquid* 1. *qu.* 1. Pecunia data aut accepta reſtituatur. *c. ſi quis.* 1. *qu.* 3. Fiunt irregulares propter excommunicationem & ſuſpenſionem præcedentem, & hinc ſequitur inhabilitas ad beneficia præſentia & futura. Covarr. *ad c. peccatum. p.* 2. §. 2. *n.* 6. *h. t.*

§. 7. Accuſare ſimoniam quilibet Catholicus poteſt. *c. dominus h. t.* Licet ſit ſervus, criminoſus, meretrix *c. tanta* 7. *h. t.* Accuſari poteſt tàm dans, quàm accipiens. *c. non ſatis* 8. *c.* 19. *c.* 30. *c.* 38. 39. *h. t.* item tertius qui dedit. *c.* 23. *c.* 39. *eod.* Accuſatus pendente lite miſſam celebrare nequit. *c. accuſatum. ſeq. h. t.*

TIT. IV.

Ne Prælati vices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu cedant.

§. I. Conceſſio juriſdictionum & Eccleſiarum ſub pretio vel anno cenſu ſimoniæ ſpecies eſt. *Arg. c. ex multis.* 1. *qu.* 3. Non ſi Prælatus, forſan abſens, infirmus &c. certo ſalario alicui conſtituto, totum lucrum ipſe recipiat. *c. militare.* 23. *qu.* 1. Nec qui operas ſuas ſpirituales locat, ſi aliunde ſumtus non habeat

c. du-

c. duces. 1. *qu.* 1. quia qui altari ſervit, ab altari debet vivere. *c. ſecundum Apoſtolum X. de Præb.*

§. 2. Concedentes autem taliter juriſdictionem ſuam & Eccleſiarum regimen, ſimoniam committunt. *t. t. hic. c. ſalvator.* 1. *qu.* 3. Et propter ea Epiſcopus, ſi id crimen commiſit, poteſtate conferendi privatur. *c. 2. h. t.* ſi eo ſciente & diſſimulante à ſubditis perpetratum, duobus menſibus Excommunicationi ſubjacet. *c. quicquid* 1. *qu.* 1. ſi Presbyter ita peccavit, quatuor menſium Excommunicatione, ſi Diaconus trium, ſi Subdiaconus vel alius Clericus, alia pœna vel Excommunicatione plectitur. *d. c. quicquid.* Fructus & obventiones temporales licitè quolibet titulo diſtrahi poſſunt. *c. fin. X. h. t.*

TIT. V.

De Magiſtris & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

§. I. Magiſter eſt, qui docendi munere fungitur, & ſi hic aliquid exigat pro licentia docendi, ſimoniæ ſpeciem præ ſe fert. Abb. *in c.* 1. *h. t.* Debet autem Magiſter in qualibet Eccleſia Cathedrali (& collegiata, ſi ejus facultates ſufficiant) à Prælato cum Capitulo conſtitui eique de beneficio proſpici, ut Clericos & Pauperes in humanioribus literis aliiſque facultatibus gratis doceat. *c. quia nonnullis.* 4. *§. verum. c. prohibens. §. ſanè. h. t.*

§. 2. Non tamen hæc eſt verè ſimonia, quia licentia docendi non eſt res merè ſpiritualis, & propterea licentiam docendi vendentes lenius

puniuntur, nimirum officiis ſuis privantur & acceptum reſtituere, non acceptum remittere tenentur. *c.* 1. *c.* 2. *c.* 3. *X. h. t.* Deſſel. *h. t. qu.* 1.

TIT. VI.

De Judæis Saracenis & eorum ſervis.

§. 1. JUdæorum nomen eſt non tàm gentis, quàm impiæſectæ. *c. Martha.* §. *caterum de celebr. miſſar.* Per Saracenos hic intelliguntur etiam pagani & gentiles, quamvis illi propriè gentiles non ſint; cum idola non colant, aut eis ſacrificent. *L.* 2. *C. de Pagan.*

§. 2. Judæi in contractibus, matrimoniis, judiciis leges Chriſtianorum ſequuntur. *L. nemo. Judæorum* 7. *C. h. t. L. nullus L. die Sabbatho L. in Synagogam. C. eod.* Ab honoribus & dignitatibus tamen removentur. *c. cum ſit.* 16. *h. t.* Novas ſynagogas extruere prohibentur. *c.* 3. *c.* 7. *h. t.* Ab actis legitimis repelluntur *c. alieni.* 2. *qu.* 7. Chriſtiana mancipia. *c.* 1. *hic.* famulos, nùtrices, obſtetrices Chriſtianas *c. adhac* 8. *c.* 13. *eod.* habere prohibentur; ab aſſidua Chriſtianorum communione. *c. ſæpe* 8. *qu.* 1. & connubiis *c.* 15. *ſeqq.* 28. *qu.* 1. abſtinere tenentur. In die Paraſceves, oſtia & feneſtras clauſas habere coguntur. *c. quia.* 4. *h. t.* In diebus Paſſionis dominicæ in publicum prodire vetantur. *c. in nonnullis.* 15. §. *in diebus eod.* Judæi Medici Chriſtianos infirmos curare prohibentur. *c. nullus. c. omnes.* 28. *qu.* 1. Quæ ſi Judæi non ſervaverint, puniuntur. *c. ſæpe diſt.* 28. *c. cum ſit. X. h. t.*

§. 3. Saraceni iiſdem pœnis quibus Judæi, ſubjacent; Nam Maſchitas extruere vetantur. *clem.*

clem. *un. de jud.* Honoribus & dignitatibus removentur *c.* 16. *c.* 18. *h. t.* &c. Eis ſubſidium tempore belli dantes, prohibitas merces, ut arma, vendentes, curam eorum navium gerentes, excommunicantur, bonorum privatione mulctantur, Saraceni capientium ſervi fiunt. *c. ita.* 6. *l. c. ſignificavit.* 11. *c. quod olim* 12. *c. ad liberandam* 17. *eod.*

TIT. VII.
De Hæreticis.

§. I. HÆreticus in ſenſu juris eſt, qui eligit ſibi doctrinam ſingularem à Catholica Eccleſia alienam. *c. hæreſis* 24. *qu.* 3. eamque pertinaciter defendit *c. qui in Eccleſia* 24. *qu.* 3. Requiritur ergo ad Hæreticum: Falſum dogma contra articulos fidei & Eccleſiæ decreta tueri. *c. ad abolendam X h. t.* Scienter errare & ita perverſæ eſſe voluntatis. *c. Hæreticus.* 24. *qu.* 3. Pertinaciter errorem defendere. *c. qui in Eccleſia. c. Schisma.* 34. *h. t. c. hæc eſt fides.* 14. *qu.* 3. fuiſſe baptizatum.

§. 2. Singuli Epiſcopi per ſuas Diœceſes hæreticos exquirere & exſtirpare debent. *c.* 13. *§. adjicimus h. t.* ſi in eo ſint negligentes, alii magis idonei Epiſcopi in eorum locum ſubſtituuntur. *d. c.* 13. Extraordinariè tamen etiam à Pontifice inquiſitores hæreticæ pravitatis conſtituuntur, *c.* 1. *h. t. in* 6. *c.* 12. *c. per hoc in* 6. Judices ſeculares de hoc crimine utpote merè Eccleſiaſtico cognoſcere nequeunt. *c. ad abolendam h. t.* ſed tenentur ſententias Eccleſiaſticorum exequi. *c. ut inquiſitionis.* 18. *h. t.* nullo in contrarium ſtatuto obſtante. *c. ſtatutum.* 9. *eod. in* 6.

§. 3. Proceditur in proceſſu contra hæreticos ſummariè, de plano & abſque Advocatorum ac Judiciorum ſtrepitu ac figura. *c. ſtatuta* 20. *h. t. in* 6. *ibique Gloſ.* nec non contra eorum receptatores, fautores, & defenſores, de hæreſi ſuſpectos, cum eis communicantes. *c. didicimus.* 31. *c. Schiſma.* 24. *qu.* 1.

§. 4. Puniuntur de hæreſi convicti *Vivi* Excommunicatione, & hinc dependente infamiâ, remotione ab omni officio. *c.* 9. *c.* 12. *c. pen. h. t.* ſolutione cujusvis nexus ſive ſit inter parentes & imperantem, ſive inter parentem & liberos, ſive dominum & ſervum. *c. abſolutos. hic. c. quicunque eod. in* 6. Liberi hæreticis parentibus ſuccedere nequeunt. *c.* 10. *h. t.* Ipſi parentes ad hæreditatis ſucceſſionem non admittuntur. *c. excommunicantes h. t.* bona eorum confiſcantur. *c.* 13 *eod.* *Mortui* præter excommunicationem, confiſcationem bonorum &c. *c. fin.* 24. *qu.* 2. *c.* 8. *h. t.* plectuntur denegatione ſepulturæ Eccleſiaſticæ *c. nec quiſquam* 24. *qu.* 2. niſi abſolvantur. *c.* 15. *in fin. & c.* 12. *de ſepult.* ſepulti exhumantur. *d. c.* 12. qui eos ſepelivit excommunicatur. *c. quicunque hæreticos. h. t. in* 6. &c.

§. 5. Effugiunt tamen haſce pœnas, ſi continuò poſt erroris deprehenſionem ad fidem Catholicam recurrunt, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis publicè abjurant, ſatisfactionemque congruam exhibent. *c. ad Apoſtolicum h. t. c. ſuper eo. eod. in* 6. *c.* 15. *h. t.* Nam qui parati ſunt erroris correctionem accipere, non ſunt hære-

hæretici. *c.* 19. 24. *qu.* 5. Poſt abjurationem relapſi in hæreſin, ſine ulla prorſus audientia ſunt puniendi *c.* 9. *h. t.*

TIT. VIII.

De Schiſmaticis & ordinatis ab eis.

§. 1. **S**Chiſma eſt ſciſſura, hinc Schiſmatici. *c.* 34. 24. *qu.* 1. ſunt, qui ſe ab univerſali Eccleſia per inobedientiam diviſerunt. *d. c.* 34. *c. inter hæreſin.* 24. *qu.* 3. Differunt ab hæreticis, quod hi pravum dogma contra Eccleſiam Catholicam pertinaciter defendant, illi verò in rebus adiaphoris ſe ab unitate Eccleſiæ dividant. *c. de liguribus.* 23. *qu.* 5. *c. ubi.* 24. *qu.* 1.

§. 2. Hi ergo Schiſmatici præterea ut hæretici excommunicantur & damnantur. *d. c.* 23. ab officio & dignitate dejiciuntur *c.* 40. *c. qui contra* 24. *qu.* 1. corporaliter puniendi laicis traduntur *dd. cc. c. denique.* 7. *qu. c. non vos.* 2. *qu.* 1. ordinationes, beneficiorum collationes, rerum Eccleſiaſticarum alienationes per Schiſmaticos factæ ſunt irritæ. *c.* 1. *h. t. c. ordinationes* 9. *qu.* 1. ordinati ab iis ab officio repelluntur, niſi cum ipſis ſit diſpenſatum. *c.* 2. *h. t.* Diſpenſat autem Pontifex, ſi ſcienter à Schiſmatico ſunt ordinati; Si ignoranter, quilibet diſcretus Prælatus. *c.* 1. & 2. *de ordin. ab Epiſc. qui renunc. d. c. ordinationes.*

TIT. IX.

De Apoſtatis & reiterantibus Baptiſmum.

§. 1. **A**Poſtaſia eſt à fide, obedientia aut religione

gione temerarius diſceſſus; Ejus tres ſunt ſpecies. (1) *Perfidia* cùm Chriſtiana religio in totum deſeritur v. gr. transmigrando ad infideles. Hi plectuntur tanquam hæretici. *c.* 1. *h. t. c. infames* 6. *qu.* 1. (2) *Inobedientia* cum quis præcepta ſuperioris transgreditur vel ſacris ſtatutis & canonibus non obedit *c. alieni.* 3. *qu.* 4. *c. ſiquis de major. & obed.* & quandoque degradati judici ſeculari traduntur. *c. ſi quis à ſuo* 3. *qu.* 4. *c. ſi autem vobis.* 10. *qu.* 3. (3) *Irregularitatis*, quando quis ab ordine aſſumtæ religionis recedit. *c. fin. h. t. c. ex parte de temp. ord. c. fin. diſt.* 50. Hi itidem fiunt infames. *c. alieni* 2. *qu.* 7. à dignitatibus removentur. *c. legi.* 16. *qu.* 1. ſi admoniti ſe non corrigant deponuntur, & privilegiis clericalibus privantur. *c. ſi ornatu* 22. *qu.* 4. c. 1. *h. t.* carceri, uſque ad ſaniores mores redeant includuntur. Abb. *in c. pen. h. t.*

§. 2. Sacrum baptiſma reiterantes vocantur Anabaptiſtæ. *Clem.* 1. §. *pen. de ſumm. Trin.* hi, ſi clerici, deponuntur. *c. eos quos diſt.* 4. ſi laici excommunicantur. *c. qui aliquo. diſt.* 51. *c. qui in qualibet.* 1. *qu.* 7. *c.* 2. *X. h. t.* Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi ſpontè vel coactè rebaptizati perpetuam pœnitentiam agere debent. *d.* c. *eos quos.* Alii ignoranter rebaptizati, ad ordines, niſi maximâ urgente neceſſitate, admitti non poſſunt, ſi ſcienter, per ſeptem annos pœnitere debent. *c. qui bis.* 17. *de conſecrat. diſt.* 4. De jure civili Anabaptiſtarum pœna eſt ultimum ſupplicium. *L.* 1. *&* 2. *C. ne ſac. Bapt. reit.*

TIT.

TIT. X.

De his qui filios ſuos occiderunt

§. I. **D**Olo malo liberos interficientes gravius quam ſimplices homicidæ puniri debent. *c. cum juramenta. X. de homicid.* Puniuntur autem parentes in caſu infanticidii detruſione in monaſterium, ut in perpetuum pœnitentiam peragant. *c.* 1. *h. t.* niſi mulier, ſuppoſita tamen alia pœna cujus maritus eſt mortuus, fragilitate carnis laboret. *cit.* c. 1. & 2. Si maritus cum aliis liberis adhuc ſuperſtes eſt, uxor injunctâ quâdam pœnâ ob ſalutem liberorum marito non adimitur, ſi ademta, ipſi reſtituitur. *c. intelleximus. eod.*

§. 2. Si infantes in lecto parentum oppreſſi, ſiquidem negligentia vel culpa eorum præceſſit, interim quis è conjugibus oppreſſerit, ignoretur, uterque tribus annis pœnitere debet & primo anno peragere in aqua & pane per carenam. *c. fin. X. h. t. c.* 8. *X. de accuſ.* ſi mulier partum animatum id eſt, poſt quadrageſimum à conceptu diem, medicamentis vel aliter abegerit, vel ita abortum fecerit, graviter plectenda eſt. *c. aliquando. c. Moyſes. c. ſemina. c. quod vero* 32. *qu.* 2. *c. ſicut ex literarum. X. de homicid.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Liberos occidentes graviſſimo mortis ſupplicio afficiuntur. *vid.* §. 6. *J. de publ. judic. t. t. ff. & C. hic.*

J. Can. Non afficiuntur pœna mortis. *vid. ſuprà* §. 1. & c. 1. 2. 3. *X. h. t.*

TIT XI.

De Infantibus & languidis expoſitis.

§. I. Videtur quoque necare is, qui filium infantem vel langidum exponit, vel ab alio exponi patitur, aut qui ei alimenta denegat. *c. un. X. h. t.*

§. 2. Expoſitus verò à poteſtate patriâ aut dominica liberatur. *d. c. un.* & exponens privatur ſucceſſione filii vel filiæ ab inteſtato decedentis, nec patri repetitio filii expoſiti competit. *L. 1. C. eod.* Uti nec illi qui ſuſcepit & aluit, aliquod jus in ejus perſona competit. *d. c. un. l. ſancimus. C. eod.*

TIT. XII.

De homicidio voluntario vel caſuali.

§. I. Homicidium in genere eſt violenta vitæ hominis ademtio. *c. homicidium. 28. de pœnit. diſt.* 1. ſive directè ſive indirectè facta. Eſtque vel Voluntarium, vel Neceſſarium, vel culpoſum vel Cauſuale. Voluntarium iterum eſt vel *ſimplex* vel *qualificatum.* huc pertinet homicidium inſidioſum, proditorium, aſſaſſinium, venenoſum.

§. 2. *Voluntarium* eſt, quod committitur animi propoſito & dolo vel ſine inſidiis, vel cum inſidiis. *c. 1. h. t. c. 1. eod. in 6.* Occidiſſe etiam videtur, qui dolo malo cauſam mortis præbuit. *c. lator. c. 20. X. h. t. c. 2. de Cleric. percuſſ.* qui ad homicidium certum incitavit. *c. 6. h. t.* qui opem tulit. *d. c. 6.* qui ſciens ſarcinas occidentium cuſtodivit.

divit. *d. c.* 6. Qui occiſum à mandatario verberari mandavit. *c f. h. t. in* 6.

§. 3. *Neceſſarium* eſt, quod fit cùm moderamine inculpatæ tutelæ ad neceſſariam ſui defenſionem, ob vim illatam. *Culpoſum* quod committitur culpâ præcedente, utpote ſi quis rei licitæ quidem operam det, ſed peccet in circumſtantiis aut modo, aut diligentia, item ſi rei ſimpliciter illicitæ, aut ſibi ſaltem illicitæ det operam. *c.* 7. *c.* 8. *c.* 10. *c.* 19. *X. h. t. L.* 6. *ff. ad L. Aquil. Caſuale* eſt, quod fit caſu, præter intentionem & dolum committentis, aut mentis inopiâ; v. gr. ab infantibus nondum doli capacibus. *c. fin de delict. puer. l.* 7. *ff. ad leg. Corn. de ſicar.* furioſis, dormientibus. *Clem. un. h. t.*

§. 4. Pœna homicidii *voluntarii* ratione *occidentis* eſt in Epiſcopo homicida depoſitio & peregrinatio, annorumque quindecim pœnitentia; in Presbytero annorum duodecim cum depoſitione; in Diacono decem, aliis clericis & laicis ſeptem, quorum tres in pane & aqua peragi debent. *c.* 41. *diſt.* 50. *c. ſi voluntate. diſt. ead.* ratione *occiſi* eſt in presbyterum occidente pœnitentia duodecim annorum, & ſine ſpe conjugii uſque ad mortem vitæ transactio. *c. qui presbyterum.* 24. 17. *qu.* 4. pecuniariæ mulctæ ſolutio. *c.* 26. 17. *qu.* 4. &c. vid. *c.* 28. 17. *qu.* 4. *c. qui Subdiaconum.* 17. *qu.* 4.

§. 5. Homicidium Neceſſarium non punitur. *Clem. un. h. t.* licet Cardinalis ſit occiſus. *c. felicis, de pœn. in* 6. Culpoſum punitur, ſed mitius, *l.* 1. §. *ſed*

§. 6. Pœna ſimoniæ eſt varia, Conventionalis ita punitur, ut ab initio contractûs collatio ſit invalida, tanquam ſimoniacè facta; *Realis* ita plectitur, ut præter infamiam à jure inflictam ſimoniaci & mediatores deponantur. *c.* 38. *h. t.* fructus perceptos reſtituant. *c.* 2. *h. t.* Excommunicentur, nec niſi à Pontifice abſolvi ponſſit. *c. quicquid* 1. *qu.* 1. Pecunia data aut accepta reſtituatur. *c. ſi quis.* 1. *qu.* 3. Fiunt irregulares propter excommunicationem & ſuſpenſionem præcedentem, & hinc ſequitur inhabilitas ad beneficia præſentia & futura. Covarr. *ad c. peccatum. p.* 2. §. 2. *n.* 6. *h. t.*

§. 7. Accuſare ſimoniam quilibet Catholicus poteſt. *c. dominus h. t.* Licet ſit ſervus, criminoſus, meretrix *c. tanta* 7. *h. t.* Accuſari poteſt tàm dans, quàm accipiens. *c. non ſatis* 8. *c.* 19. *c.* 30. *c.* 38. 39. *h. t.* item tertius qui dedit. *c.* 23. *c.* 39. *eod.* Accuſatus pendente lite miſſam celebrare nequit. *c. accuſatum. ſeq. h. t.*

TIT. IV.

Ne Prælati vices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu cedant.

§. I. Conceſſio juriſdictionum & Eccleſiarum ſub pretio vel anno cenſu ſimoniæ ſpecies eſt. *Arg. c. ex multis.* 1. *qu.* 3. Non ſi Prælatus, forſan abſens, infirmus &c. certo ſalario alicui conſtituto, totum lucrum ipſe recipiat. *c. militare.* 23. *qu.* 1. Nec qui operas ſuas ſpirituales locat, ſi aliunde ſumtus non habeat

c. du-

c. duces. 1. *qu.* 1. quia qui altari ſervit, ab altari debet vivere. *c. ſecundum Apoſtolum X. de Præb.*

§. 2. Concedentes autem taliter jurisdictionem ſuam & Eccleſiarum regimen, ſimoniam committunt. *t. t. hic. c. ſalvator.* 1. *qu.* 3. Et propter ea Epiſcopus, ſi id crimen commiſit, poteſtate conferendi privatur. *c. 2. h. t.* ſi eo ſciente & diſſimulante à ſubditis perpetratum, duobus menſibus Excommunicationi ſubjacet. *c. quicquid* 1. *qu.* 1. ſi Presbyter ita peccavit, quatuor menſium Excommunicatione, ſi Diaconus trium, ſi Subdiaconus vel alius Clericus, alia pœna vel Excommunicatione plectitur. *d. c. quicquid.* Fructus & obventiones temporales licitè quolibet titulo diſtrahi poſſunt. *c. fin. X. h. t.*

TIT. V.

De Magiſtris & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

§. I. Magiſter eſt, qui docendi munere fungitur, & ſi hic aliquid exigat pro licentia docendi, ſimoniæ ſpeciem præ ſe fert. Abb. *in c.* 1. *h. t.* Debet autem Magiſter in qualibet Eccleſia Cathedrali (& collegiata, ſi ejus facultates ſufficiant) à Prælato cum Capitulo conſtitui eique de beneficio proſpici, ut Clericos & Pauperes in humanioribus literis aliisque facultatibus gratis doceat. *c. quia nonnullis.* 4. *§. verum. c. prohibens. §. ſanè. h. t.*

§. 2. Non tamen hæc eſt verè ſimonia, quia licentia docendi non eſt res merè ſpiritualis, & propterea licentiam docendi vendentes lenius

puniuntur, nimirum officiis ſuis privantur & acceptum reſtituere, non acceptum remittere tenentur. *c. 1. c. 2. c. 3. X. h. t.* Deſſel. *h. t. qu. 1.*

TIT. VI.

De Judæis Saracenis & eorum ſervis.

§. 1. Judæorum nomen eſt non tàm gentis, quàm impiæ ſectæ. *c. Martha. §. cæterum de celebr. miſſar.* Per Saracenos hic intelliguntur etiam pagani & gentiles, quamvis illi propriè gentiles non ſint; cum idola non colant, aut eis ſacrificent. *L. 2. C. de Pagan.*

§. 2. Judæi in contractibus, matrimoniis, judiciis leges Chriſtianorum ſequuntur. *L. nemo Judæorum 7. C. h. t. L. nullus L. die Sabbatho L. in Synagogam. C. eod.* Ab honoribus & dignitatibus tamen removentur. *c. cum ſit. 16. h. t.* Novas ſynagogas extruere prohibentur. *c. 3. c. 7. h. t.* Ab actis legitimis repelluntur *c. alieni. 2. qu. 7.* Chriſtiana mancipia. *c. 1. hic.* famulos, nùtrices, obſtetrices, Chriſtianas *c. adhæc 8. c. 13. eod.* habere prohibentur; ab aſſidua Chriſtianorum communione. *c. ſæpe 8. qu. 1.* & connubiis *c. 15. ſeqq. 28. qu. 1.* abſtinere tenentur. In die Paraſceves, oſtia & feneſtras clauſas habere coguntur. *c. quia. 4. h. t.* In diebus Paſſionis dominicæ in publicum prodire vetantur. *c. in nonnullis. 15. §. in diebus eod.* Judæi Medici Chriſtianos infirmos curare prohibentur. *c. nullus. c. omnes. 28. qu. 1.* Quæ ſi Judæi non ſervaverint, puniuntur. *c. ſæpe diſt. 28. c. cum ſit. X. h. t.*

§. 3. Saraceni iiſdem pœnis quibus Judæi, ſubjacent; Nam Maſchitas extruere vetantur.

clem.

clem. un. de jud. Honoribus & dignitatibus removentur *c.* 16. *c.* 18. *h. t.* &c. Eis ſubſidium tempore belli dantes, prohibitas merces, ut arma, vendentes, curam eorum navium gerentes, excommunicantur, bonorum privatione mulctantur, Saraceni capientium ſervi fiunt. *c. ita.* 6. *l. c. ſignificavit.* 11. *c. quod olim* 12. *c. ad liberandam* 17. *eod.*

TIT. VII.
De Hæreticis.

§. I. HÆreticus in ſenſu juris eſt, qui eligit ſibi doctrinam ſingularem à Catholica Eccleſia alienam. *c. hæreſis* 24. *qu.* 3. eamque pertinaciter defendit *c. qui in Eccleſia* 24. *qu.* 3. Requiritur ergo ad Hæreticum: Falſum dogma contra articulos fidei & Eccleſiæ decreta tueri. *c. ad abolendam X h. t.* Scienter errare & ita perverſæ eſſe voluntatis. *c. Hæreticus.* 24. *qu.* 3. Pertinaciter errorem defendere. *c. qui in Eccleſia. c. Schiſma.* 34. *h. t. c. hæc eſt fides.* 14. *qu.* 3. fuiſſe baptizatum.

§. 2. Singuli Epiſcopi per ſuas Diœceſes hæreticos exquirere & exſtirpare debent. *c.* 13. §. *adjicimus h. t.* ſi in eo ſunt negligentes, alii magis idonei Epiſcopi in eorum locum ſubſtituuntur. *d. c.* 13. Extraordinariè tamen etiam à Pontifice inquiſitores hæreticæ pravitatis conſtituuntur. *c.* 1. *h. t. in* 6. *c.* 12. *c. per hoc in* 6. Judices ſeculares de hoc crimine utpote merè Eccleſiaſtico cognoſcere nequeunt. *c. ad abolendam h. t.* ſed tenentur ſententias Eccleſiaſticorum exequi. *c. ut inquiſitionis.* 18. *h. t.* nullo in contrarium ſtatuto obſtante. *c. ſtatuimus.* 9. *eod. in* 6.

§. 3. Proceditur in proceſſu contra hæreticos ſummariè, de plano & abſque Advocatorum ac Judiciorum ſtrepitu ac figura *c. ſtatuta* 20. *h. t. in* 6. *ibique Gloſ.* nec non contra eorum receptatores, fautores, & defenſores, de hæreſi ſuſpectos, cum eis communicantes. *c. didicimus.* 31. *c. Schiſma.* 24. *qu.* 1.

§. 4. Puniuntur de hæreſi convicti *Vivi* Excommunicatione, & hinc dependente infamiâ, remotione ab omni officio. *c.* 9. *c.* 12. *c. pen. h. t.* ſolutione cujusvis nexus ſive ſit inter parentes & imperantem, ſive inter parentem & liberos, ſive dominum & ſervum. *c. abſolutos. hic. c. quicunque eod. in* 6. Liberi hæreticis parentibus ſuccedere nequeunt. *c.* 10. *h. t.* Ipſi parentes ad hæreditatis ſucceſſionem non admittuntur. *c. excommunicantes h. t.* bona eorum confiſcantur. *c.* 13 *eod.* *Mortui* præter excommunicationem, confiſcationem bonorum &c. *c. fin.* 24. *qu.* 2. *c.* 8. *h. t.* plectuntur denegatione ſepulturæ Eccleſiaſticæ *c. nec quiſquam* 24. *qu.* 2. niſi abſolvantur. *c.* 15. *in fin.* & *c.* 12. *de ſepult.* ſepulti exhumantur. *d. c.* 12. qui eos ſepelivit excommunicatur. *c. quicunque hæreticos. h. t. in* 6. &c.

§. 5. Effugiunt tamen haſce pœnas, ſi continuò poſt erroris deprehenſionem ad fidem Catholicam recurrunt, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis publicè abjurant, ſatisfactionemque congruam exhibent. *c. ad Apoſtolicum h. t. c. ſuper eo, eod. in* 6. *c.* 15. *h. t.* Nam qui parati ſunt erroris correctionem accipere, non ſunt hære-

hæretici. *c.* 19. 24. *qu.* 5. Poſt abjurationem relapſi in hæreſin, ſine ulla prorſus audientia ſunt puniendi *c.* 9. *h. t.*

TIT. VIII.

De Schiſmaticis & ordinatis ab eis.

§. I. SChiſma eſt ſciſſura, hinc Schiſmatici. *c.* 34. 24. *qu.* I. ſunt, qui ſe ab univerſali Eccleſia per inobedientiam diviſerunt. *d. c.* 34. *c. inter hæreſin.* 24. *qu.* 3. Differunt ab hæreticis, quod hi pravum dogma contra Eccleſiam Catholicam pertinaciter defendant, illi verò in rebus adiaphoris ſe ab unitate Eccleſiæ dividant. *c. de liguribus.* 23. *qu.* 5. *c. ubi.* 24. *qu.* I.

§. 2. Hi ergo Schiſmatici præterea ut hæretici excommunicantur & damnantur. *d. c.* 23. ab officio & dignitate dejiciuntur *c.* 40. *c. qui contra* 24. *qu.* I. corporaliter puniendi laicis traduntur *dd. cc. c. denique.* 7. *qu. c. non vos.* 2. *qu.* I. ordinationes, beneficiorum collationes, rerum Eccleſiaſticarum alienationes per Schiſmaticos factæ ſunt irritæ. *c.* I. *h. t. c. ordinationes* 9. *qu.* I. ordinati ab iis ab officio repelluntur, niſi cum ipſis ſit diſpenſatum. *c.* 2. *h. t.* Diſpenſat autem Pontifex, ſi ſcienter à Schiſmatico ſunt ordinati; Si ignorantes, quilibet diſcretus Prælatus. *c.* I. & 2. *de ordin. ab Epiſc. qui renunc. d. c. ordinationes.*

TIT. IX.

De Apoſtatis & reiterantibus Baptiſmum.

§. I. APoſtaſia eſt à fide, obedientia aut religione

gione temerarius diſceſſus; Ejus tres ſunt ſpecies. (1) *Perfidia* cùm Chriſtiana religio in totum deſeritur v. gr. transmigrando ad infideles. Hi plectuntur tanquam hæretici. *c.* 1. *h. t. c. infames* 6. *qu.* 1. (2) *Inobedientia* cum quis præcepta ſuperioris transgreditur vel ſacris ſtatutis & canonibus non obedit *c. alieni*; 3. *qu.* 4. *c. ſi quis de major. & obed.* & quandoque degradati judici ſeculari traduntur. *c. ſi quis à ſuo* 3. *qu.* 4. *c. ſi autem vobis.* 10. *qu.* 3. (3) *Irregularitatis*, quando quis ab ordine aſſumtæ religionis recedit. *c. fin. h. t. c. ex parte de temp. ord. c. fin. diſt.* 56. Hi itidem fiunt infames. *c. alieni* 2. *qu.* 7. à dignitatibus removentur. *c. legi.* 16. *qu.* 1. ſi admoniti ſe non corrigant deponuntur, & privilegiis clericalibus privantur. *c. ſi ornatu* 22. *qu.* 4. *c.* 1. *h. t.* carceri, uſque ad ſaniores mores redeant includuntur. Abb. *in c. pen. h. t.*

§. 2. Sacrum baptiſma reiterantes vocantur Anabaptiſtæ. *Clem.* 1. §. *pen. de ſumm. Trin.* hi, ſi clerici, deponuntur. *c. eos quos diſt.* 4. ſi laici excommunicantur. *c. qui aliquo. diſt.* 51. *c. qui in qualibet.* 1. *qu.* 7. *c.* 2. *X. h. t.* Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi ſpontè vel coactè rebaptizati perpetuam pœnitentiam agere debent. *d. c. eos quos.* Alii ignoranter rebaptizati, ad ordines, niſi maximâ urgente neceſſitate, admitti non poſſunt, ſi ſcienter, per ſeptem annos pœnitere debent. *c. qui bis.* 17. *de conſecrat. diſt.* 4. De jure civili Anabaptiſtarum pœna eſt ultimum ſupplicium. *L.* 1. *&* 2. *C. ne ſac. Bapt. reit.*

TIT.

TIT. X.

De his qui filios ſuos occiderunt

§. I. **D**Olo malo liberos interficientes gravius quam ſimplices homicidæ puniri debent. *c. cum juramenta. X. de homicid.* Puniuntur autem parentes in caſu infanticidii detruſione in monaſterium, ut in perpetuum pœnitentiam peragant. c. 1. *h. t.* niſi mulier, ſuppoſita tamen alia pœna cujus maritus eſt mortuus, fragilitate carnis laboret. *cit.* c. 1. *&* 2. Si maritus cum aliis liberis adhuc ſuperſtes eſt, uxor injuncti quidam pœnâ ob ſalutem liberorum marito non adimitur, ſi ademta, ipſi reſtituitur. *c. intelleximus. eod.*

§. 2. Si infantes in lecto parentum oppreſſi, ſiquidem negligentia vel culpa eorum præceſſit, interim quis è conjugibus oppreſſerit, ignoretur, uterque tribus annis pœnitere debet & primo anno peragere in aqua & pane per carenam. *c. fin.* x. *h. t. c.* 8. *X. de accuſ.* ſi mulier partum animatum id eſt, poſt quadrageſimum à conceptu diem, medicamentis vel aliter abegerit, vel ita abortum fecerit, graviter plectenda eſt. *c. aliquando. c. Moyſes. c. ſemina. c. quod vero. 32. qu. 2. c. ſicut ex literarum. X. de homicid.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Liberos occidentes graviſſimo mortis ſupplicio afficiuntur. *vid. §. 6. J. de publ. judic. t. t. ff. & C. hic.*

J. Can. Non afficiuntur pœna mortis. *vid. ſuprà §. 1. &* c. 1. 2. 3. *X. h. t.*

TIT.

divit. *d. c.* 6. Qui occiſum à mandatario verberari mandavit. *c f. h. t. in* 6.

§. 3. *Neceſſarium* eſt, quod fit cum moderamine inculpatæ tutelæ ad neceſſariam ſui defenſionem, ob vim illatam. *Culpoſum* quod committitur culpâ præcedente, utpote ſi quis rei licitæ quidem operam det, ſed peccet in circumſtantiis aut modo, aut diligentia, item ſi rei ſimpliciter illicitæ, aut ſibi ſaltem illicitæ det operam. *c.* 7. *c.* 8. *c.* 10. *c.* 19. *X. h. t. L.* 6. *ff. ad L. Aquil. Caſuale* eſt, quod fit caſu, præter intentionem & dolum committentis, aut mentis inopiâ; v. gr. ab infantibus nondum doli capacibus. *c. fin de delict. puer. l.* 7. *ff. ad leg. Corn. de ſicar.* furioſis, dormientibus. *Clem. un. h. t.*

§. 4. Pœna homicidii *voluntarii* ratione *occidentis* eſt in Epiſcopo homicida depoſitio & peregrinatio, annorumque quindecim pœnitentia; in Presbytero annorum duodecim cum depoſitione; in Diacono decem, aliis clericis & laicis ſeptem, quorum tres in pane & aqua peragi debent. *c.* 41. *diſt.* 50. *c. ſi voluntate. diſt. eâd.* ratione *occiſi* eſt in presbyterum occidente pœnitentia duodecim annorum, & ſine ſpe conjugii uſque ad mortem vitæ transactio. *c. qui presbyterum.* 24. 17. *qu.* 4. pecuniariæ mulctæ ſolutio. *c.* 26. 17. *qu.* 4. &c. vid. *c.* 28. 17. *qu.* 4. *c. qui Subdiaconum.* 17. *qu.* 4.

§. 5. Homicidium Neceſſarium non punitur. *Clem. un. h. t.* licet Cardinalis ſit occiſus. *c. felicis, de pœn. in* 6. Culpoſum punitur, ſed mitius, *l.* 1. §.

ſed

ſed ſ. l. 4 §. 1. ff. ad leg. Corn. de ſicar. jure Canonico irregularitate notatur. *c. continebatur.* 8, *c.* 12. *h. t.* Caſuale fato imputatur & extra noxam eſt. *c. lator.* 9. *h. t. c. ſi qui arborem. ſeqq. diſt.* 50. Qui ſibimet ipſis violentam mortem inferunt, cum Pſalmis ad ſepulturam deduci non poſſunt, nec pro illis ulla in oblatione debet fieri commemoratio. *c. placuit.* 23. *qu.* 5. Niſi ex inſania aut mentis impotentia id fecerint. *c. illa c. ſi quis* 15. *qu.* 1.

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Homicidii pœna eſt ultimum ſupplicium *L.* 3. §. *fin. L.* 16. *h. t.* §. 5. *J. de publ. Judic.*

J. Can. Mitior homicidii pœna introducta eſt, nam Clerici deponuntur & Laici excommunicantur *t. t. X. de homicid.*

TIT. XIII.

De Torneamentis.

§. I. TOrneamenta ſunt nundinæ vel feriæ, in quibus milites ex condicto convenire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ temere congredi. *c. felicis* 1. *X. h. t.* Hinc cum ex hujusmodi congreſſibus frequentes cædes hominum & animarum pericula proveniant, de jure noſtro ſunt torneamata prohibita.

§. 2. Si quis ergo in Torneamentis eſt interfectus, non tantum occidens pœnâ homicidii voluntarii tenetur, ſed etiam occiſus punitur, ità ut vulnerato quidem concedatur pœnitentia, mortuo autem ſepultura Eccleſiaſtica denegetur, niſi caſu ſit occiſus, cum non ludendi cauſa ad torneamenta venerit. *c.* 1. *c.* 2. *h. t.*

J. Civ. Certare haſtâ, luctari, pugnare, virtutis cauſa, impunè permittitur. *L. 7. §. 4. ff. ad L. Aquil. L. ſolent. L. In quibus ff. de aleator.*

J. Can. Hoc prohibitum eſt. *t. t. X. de Torneam.*

TIT. XIV.

De Clericis pugnantibus in duello.

§. I. Duellum eſt ſingulare certamen, quod quis ſpontè alicui offert vel ab alio oblatum ſuſcipit; Græcis vocatur *Monomachia. c. Monomachiam. 2. qu. 4. c. 1. & 2. X. h. t.* Ad occultam veritatem eruendam, aut controverſiam decidendam olim adhibitum. Dividitur in *ſolenne* ſive publicum quod fit ſervatâ certâ ſolennitate, adhibitis patrinis, ac judice, in loco certo; & *privatum*, i. e. vindicativum, quod fit privato auſu ex condicto abſque ſolennitatibus. Farin. *Conſil. crimin. l. 1. conſ. 9. n. 3. ſeqq.*

§. 2. Prohibetur duellum hoc jure *d. t. t. c. 1. & 2. de purgat. Vulg.* quia Deus hac pugna tentatur *c. quare 22. qu. 2. C. Mennam. 2. qu. 5.* Clericus duellum ſpontè offerens vel oblatum ſuſcipiens punitur irregularitate & depoſitione, niſi, morte vel membri mutilatione non ſecutâ, cum eo ex miſericordia diſpenſetur. *d. c. 1. & 2. h. t.*

TIT. XV.

De Sagittariis.

§. I. Sagittarius eſt qui ſagittas ex arcu minori emittit. Baliſtarius, quii baliſtâ utitur. Eſt autem Baliſta catapulta ſive machina, quibus

in

in hoſtes vibrantur & emittuntur gravioris ponderis lapides ad quaſſandos & evertendos muros Engel. *h. t.*

§. 2. Adverſus Chriſtianos ſagittariorum [& baliſtariorum arte, ſub pœna anathematis uti non licet *c. un. h. t.* modo bellum ſit injuſtum. *arg. c. 3. de jurejur.* ſecus ſi bellum ſit juſtum. c. *dominus.* 23. *qu.* 2.

TIT. XVI.
De Adulterio & ſtupro.

§. I. ADulterium eſt ad alterius thorum acceſſio *c. cum lex.* §. *adulterium.* 36. *qu.* 1. ſive alterius thori violatio, aut commixtio cum conjugato aut conjugata. *c. Adulterium* 36. *qu.* 1. c. 19. *c. fin.* 31. *qu.* 5. cum eadem in marito caſtitas, quæ in uxore, requiratur. c. *nemo blandiatur*, 32. *qu.* 4. *c. apud nos.* 32. *qu.* 5.

§. 2. Requiritur autem, ut adulterium dolo malo *committatur*, non enim à voluntate, ſed ab effectu intelligitur. *l. miles l.* 23. *l.* 25. *ff. h. t.* Hinc quæ nupſit ei, quem ignorabat habere uxorem, adultera non eſt, niſi poſtquam id ſciverit, cum eo concumbat. c. *ſi virgo nupſerit.* 32. *qu.* 2. ſic uxor, ab alio, quam marito violenter oppreſſa, vel ignoranter cognita adulterii accuſari nequit. *c. in lectum.* 34. *qu.* 2. *L. vim paſſa. ff. h.* t.

§. 3. Adulterium vel *civiliter* accuſari poteſt vel *criminaliter*; Illo *caſu* accuſatio inſtituitur coram judice Eccleſiaſtico. *c. tua fraternitatis.* 5. *de procur.* ad ſeparationem thori, ſive cohabitationis, non autem vinculi matrimonii. *c. pen. & ult. h. t.*

h. t. c. *quos Deus.* 33. *qu.* 2. c. *de infidelibus. de Conſang. & affin.* conceſsâ ſeparatione dos & donatio propter nuptias conjugi innocenti applicantur. c. *plerumque.* 1. *de don. int. vir. & ux.* c. 1. *ut lit. non cont. l. fin. C. de repud. Nov.* 117. §. *quia. Nov.* 134. §. *antep.* Non tamen conceditur ſeparatio, ſi eam petens ipſe quoque adulterium commiſit. c. *pen. & fin. h.* aut ſi ejus committendi author, aut commiſſi approbator fuerit. c. 6. *de eo qui cog. Conſ. l. mulier.* 49. *ff. ſolut. matr.*

§. 4. *Hoc caſu* Accuſatio inſtituitur coram judice ſeculari. *d. c. tuæ fraternitatis.* ad pœnam, in adultero, gladii, *l. quamvis* 10. *in fin. C. h. t.* in adultera, quod verberibus affecta in monaſterium detrudi debeat. *Nov.* 134 c. 10. Etiam jure Canonico. c. *gaudemus. de divort.* Non tamen licet hoc jure marito, uxorem adulteram in adulterio deprehenſam, vel ejus adulterum occidere. c. *ſi quod verius.* c. *admonere.* c *inter hæc ſanctitas.* 33. *qu.* 2.

§. 5. Clericus adulter depoſitus ab officio in Monaſterium detruditur, totum vitæ ſuæ tempus ibi conſumendum. c 10. *diſt.* 81. de adulterio autem tantum infamatus, debet ſe cum quinque vicinis presbyteris purgare; ſi ſe purgare non poteſt, ab officio ſuſpenditur. *c. ſignificaſti.* 5. *h. t.* c. 9. *de Exceſſ. Prælat.* Poteſt tamen Epiſcopus poſt peractam pœnitentiam cum Clerico in adulterio & alio crimine inferiori diſpenſare, neque tenetur depoſitum curiæ ſeculari tradere. c. *at ſi Clerici.* 4. §. *de adulteriis. X. de judic.*

§. 6. Stuprum eſt illicitus coitus cum virgi-

ne aut viduâ honeſtè vivente; ſtrictè accipitur pro virginis tantùm defloratione. c. *lex illa* §. *ſtuprum.* 36. *qu.* 1. ſi vidua honeſta eſt ſtuprata, ſtrupator poſt pœnitentiam peractam pecuniariâ pœna coercetur, ſi virgo, debet & eam pro ejus conditione dotare, & niſi pater puellæ renuat, in uxorem ducere; Hoc enim caſu ſufficit dotare, ſi ipſe ſtuprator habere renuat, corporaliter caſtigatus excommunicatusque in monaſterium ad agendam ibi pœnitentiam detruditur. c. 1. & 2. *X. h. t.*

§. 7. Clericus ſtuprator dotat, quia utrumque eſt in obligatione. *arg. l. Celſus.* §. 1. *ff. de recept. arbitr.* ſi eſt in ſacro ordine, etiam deponitur. c *ſi quis Clericus diſt.* 8. c. *lator.* 2. *qu.* 7. Panorm. *in* c. *at ſi Clerici. X. de judic.* & in arctum monaſterium vel carcerem detruditur. Panorm *in* c. *pen. X. de adult.* Si Sacerdos cum filia ſpirituali aut pœnitentiali fornicatus fuerit, ab officio deponi & duodecim annis pœnitere debet, poſteaque monaſterium ingredi; Fœmina ſi laica, bonis ſuis pauperibus diſtributis, itidem monaſterium ingredi. c. *ſi quis ſacerdos.* 30. *qu.* 1 c. *omnes quos* 30. *qu.* 1.

§. 8. Si quis ſacris virginibus ſtuprum intulit, Clericus deponitur, laicus excommunicatur. c. *ſi quis Epiſcopus.* 27. *qu.* 1. De jure Civili capite plectitur. c. *ſi quis non dicam.* 36. *qu.* 2. *l. ſi quis non dicam. C. de Epiſc. & Cleric.*

§. 9. Inceſtus eſt conſanguineorum vel affinium cum quibus nuptiæ ſunt interdictæ congreſſus

greſſus. *c. lex.* §. 1. 36. *qu.* 1. Covarr. *in* 4. *libr. Decret. in* 2. *part. c.* 6. §. 8. Inceſtuoſus fit infamis. *c.* 17. *infames.* 6. *qu.* 1. fidelium communione privatur & matrimonio etiam cum alia ei interdicitur, *c. fin.* 35. *qu.* 8. *c. quadam* 19. *c. ſi quis viduam. c.* 1. *c. ſeqq.* 32. *qu.* 7. licet contractum cum alia non ſolvatur. *c. transmiſſa.* 4. *de eo qui cogn. conſ.* Liberi ex complexu inceſtuoſo nati, non cenſentur legitimi, neque parentibus ſuccedunt. *c. un.* 35. *q.* 7. *Nov.* 12. *c.* 1. Sacerdos inceſtuoſus deponi & beneficiis privari debet. *c. pen. de purg. Vulg.*

DIFFER JUR. UTR.

J. Civ. Propriè adulterium maritus cum ſoluta non committit, quoad pœnam capitalem, *l.* 6 §. 1. *h. t. L.* 34. *eod. L.* 101. *de V. ſign.*

J. Can. Eadem requiritur caſtitas & fides in viro quæ in fœmina. *c. nemo.* 32. *qu.* 4. *c. apud nos. c. ult.* 20. *qu.* 5.

J. Civ. Non poteſt uxor accuſare maritum adulterii *l.* 1. *C. h. t.*

J. Can. Hæc poteſtas uxoribus eſt tradita. *c. apud nos.* 20. *qu.* 5. *c.* 4. 32. *qu.* 1.

J. Civ. Maritus ab accuſatione adulterii excluditur præſcriptione quinquennii. *l. miles.* §. *adulterii. h. t.*

J. Can. Etiam poſt quinquennium maritus de adulterio uxoris querimoniam habet. *c. admonere* 8. 33. *q.* 2.

J. Civ. Virginem deflorans pro ratione perſonarum mitius vel gravius punitur vid. §. *item L. julia.* J. *de publ. judic.*

J. Can. Hoc delictum etiam aliter punitur vid. ſuprà §. 6. & 7. c. 1. *X. de adult c. 2. eod.*

J. Civ. Stuprum inferens moniali pœna capitali plectitur. *l. 5. C. de Epiſc. & Cler.*

J. Can. Pœna Clerici eſt depoſitio, laici excommunicatio. *c. ſi quis* 6. 27. *qu.* 1.

J. Civ. Peccatum contra naturam gladium vindicem habet. *L.* 31. *C. de adult.*

J. Can. Clericus taliter peccans ad nullum amplius gradum promoveri debet, & ſi quem habet ab illo deponitur, vel ad agendam pœnitentiam in monaſterium detruditur; Laicus excommunicatur, & à cœtu fidelium excluditur. *c. Clerici.* 4. *X de exceſ. Prælat.*

TIT. XVII.

De Raptoribus, Incendiariis & Violatoribus Eccleſiarum.

§. I. RApina eſt fraudulosa & manifeſta rei alienæ mobilis & corporalis per vim facta contrectatio. *c. lex illa* 36. *qu.* 1. ſi contrectatio violenta infertur rei, eſt rapina, ſi fœminæ eſt raptus.

§. 2. Rapinam committentes hoc jure à Prælato loci ubi deliquerunt, ſive ſint laici, ſive Clerici excommunicantur. *c.* 1. 3. *qu.* 6. *c. fin. c. placuit X. de for. comp.* aliisque pœnis coërcentur, niſi ablata reſtituant, vel de reſtituendo caveant, *c. ſuper eo. c. excommunicationi h. t.* ſi nolint nec pœniteant, Eccleſiaſtica ſepultura ipſis denegatur. *c.* 2. *eod* Poſſunt quoque flagellis caſtigari & ultimo ſupplicio ab aliis quam Eccleſiaſticis judicibus

bus damnari. *c. in Archiepiſcopatu. eod. l. 28. ff. de pœn.. l. provinciarum. C. de feriis.* ſi in deprædando occidantur, pro eis non oratur *c* 2. *X. de furt.* quia præſumuntur in peccato mortali mortui.

§. 3. Raptus eſt, quando puella violenter de domo patris abducitur ut corrupta in uxorem habeatur. *c. lex.* §. 1. 36. *qu.* 1. Dicitur committi, hoc jure cum fœmina honeſtæ famæ ſive ſit virgo ſive ſit vidua. *c. raptores* 36. *qu.* 2. cum quâ de nuptiis antea nihil actum fuit *d. c. lex.* Hinc qui ſibi deſponſatam parentibus invitis abducit, raptor hoc jure non dicitur. *c. cum cauſam. & fin. X. h. t.*

§. 4. Raptus pœna de jure Canonico eſt in laico anathema, in clerico ordinis & honoris amiſſio. *c. raptores igitur.* 2. *c. de puellis.* 4. *c. ſi quis virginem* 5. *ſeq.* 36. *qu.* 2. Rapta tamen puella legitimè cum raptore matrimonium contrahit, ſi prior diſſenſus in conſenſum tranſeat. *c. fin.* x. *h. t.* Modo aliud impedimentum non obſtet; Qui Deo dicatam virginem rapit tanquam ſacrilegus plectitur. *c.* 2. *ubi Gloß.* 36. *qu.* 2.

§. 5. Incendiarii ſunt, qui data operâ ex odio vel vindicta ignem ad conflagranda ædificia apponunt, vel apponi faciunt. *c. peſſimam.* 23. *qu.* 8. Hi hoc jure, & omnes qui conſilium aut auxilium ſcienter præſtiterunt, ſi laici, excommunicantur, nec niſi prius, damno reſarcito, jurent, ſe ulterius ignem nan appoſituros, abſolvuntur. *d. c. peſſimam. c. indignè* 12. *q.* 5. *c. quisquis.* 17. *qu.* 3. ſi Clerici, pro judicis arbitrio puniuntur, cum nulla

ſpecialis pœna eis infligenda canonibus ſit ſtatuta.

§. 6. Sacrilegium eſt, quoties quis ſacrum violat, aut aufferendo ſacrum de loco ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro. *c. ſi quis contumax. c. quisquis.* 17. *qu.* 4. Committitur in *rebus* vel *perſonis* Eccleſiaſticis; *Illo caſu*, Eccleſiam infringendo, vel quippiam circa eam intra triginta paſſus diripiendo, vel inde aufferendo, aut injuriam inferendo, prædia Eccleſiaſtica invadendo, venando. *c. quiisquis* 17. *qu.* 4. *c. prædia.* 12. *qu.* 2. *c. diffinivit.* 17. *qu.* 4. *Hoc caſu*, Manus violentas Clericis aut aliis perſonis Eccleſiaſticis injiciendo, pulſando, vinciendo, verberando &c. *c. ſi quis ſuadente. c. quisquis. c. ſi quis.* 17. *qu.* 4.

§. 7. Pœna ſacrilegii hoc jure in *perſonis* aut earum veſtibus commiſſi excommunicatione majori punitur, à qua nonniſi Pontifex abſolvit. *d. c. ſi quis ſuadente. Innoc. in c. nuper. de ſent. excomm.* In *rebus* commiſſi eſt varia, vel enim beneficium pœnitentiæ ſacrilego penitus denegatur, vel anathemate vincitur Dd. *in c. conqueſtus. de for. comp. & c. conqueſti. de ſent. excom. c. ſi quis contumax* 17. *qu.* 4 vel perpetua damnatus infamia carceri traditur, vel perpetua deportatione aut depoſitione coercetur. *c. attendendum.* 17. *qu.* 4. *c. prædia. c. quicunq;* 12. *qu.* 2. aliquando pecuniaria pœna mulctatur. *d. c. ſi quis contum.* Iisdem pœnis puniuntur participes & adminiſtri eorum. *c.* 2. *X. h. t.* Presbyteri ipſis ſive in vita ſive in morte pœnitentiam dantes vel ſepulturæ eorum intervenientes, vel ab eis

elec-

eleemoſynas recipientes deponuntur, & Eccleſiaſtico beneficio irrevocabiliter privantur. *d. c. 2. X. h. t.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Raptori raptam virginem aut viduam non eſt licitum, ipſa etiam conſentiente, in matrimonium ducere. *L. un. de rapt. virg. Nov.* 143. *Nov.* 150.

J. Can. Inter raptorem & raptam connubium eſt approbatum, ſi prior diſſenſus tranſeat in conſenſum. *c. pen. & ult. X. de rapt.*

J. Civ. Raptus etiam in deſponſata committitur à ſponſo. *L. un. C. de rapt. virg.*

J. Can. In ea tantum quæ non eſt deſponſata. *c. cum cauſa 6. X de rapt.*

J. Civ. Is tantum eſt ſacrilegus, qui rem ſacram ex loco ſacro ſurripuit. *L. Divi. 5. ad leg. Jul. pecul.*

J. Can. Tribus diſtinctis modis committitur ſacrilegium: (1) quando res ſacra ex loco ſacro ſurripitur (2) quando res non ſacra ex loco ſacro (3) ex loco non ſacro res ſacra. *c. quisquis.* 21. 17. *qu.* 4.

TIT. XVIII.
De Furtis.

§. I. FUrtum eſt fraudulenta contrectatio rei alienæ, vel uſus ejusdem, invito domino lucri faciendi cauſa facta. *c.* 45. *X. de Elect. c. non furem.* 7. *qu.* 1. *§. 1. ſeq. J. de Obl. quæ ex del. naſc* Eſtque (1) vel manifeſtum, vel nec manifeſtum, vid. *§. 3. J. de obl. quæ ex del. naſc.* (2) vel ſimplex

vel qualificatum, Hoc dicitur, quod ſit admonitione ſcalarum, vel effractione, vel etiam telo, quo reſiſtenti damnum inferri poſſit. *Conſt. Crim. Carol. V. art.* 159. Illud iterum eſt vel *magnum* vel *parvum*; Magnum eſt quod 5. florenos excedit, Parvum, quod eſt infra 5. florenos, C.C. C. *art.* 157.

§. 2. Requiritur ad furtum 1) Actualis contrectatio, Hinc inficiatio & occultatio rei depoſitæ intercipiendi cauſa, eſt furtum. *l.* 1. §. 2 *l.* 67. *pr. ff. de furt.* Fit illa contrectatio vel phyſicè vel moraliter, concurrendo ad actum furandi utpote ſcienter rem furtivam emendo, *L.* 12. *C. de furt.* Colludendo, opem & auxilium ferendo. *L.* 52. §. 19. *ff. eod.* Res furtivas recipiendo. *L. eos. C. eod.* ſpeciale conſilium dando, ex quo furtum ſecutum. *l.* 50. §. 3. *& l.* 54. §. 4. *ff. eod.*

§. 3. Requiritur (2) Fraus & dolus. Hinc à furto excuſat neceſſitas extrema; qui enim conſtituti in neceſſitate extrema famis, commeſtibilia; In extrema nuditate veſtimenta ſurripuerunt, modo ſufficientem non exceſſerint quantitatem. *c. 2. h. t. c. fraternitatis* 12. *qu.* 2. *c. diſcipulos de conſec. diſt.* 5. *c. fin.* 25. *qu.* 1. *c. ſi quis h. t.* furti pœna ordinaria non puniuntur, ſed illis tantum trium hebdomadarum injungitur pœnitentia. *d. c. ſi quis.* Neceſſitas enim quodammodo de illicito licitum facit. *c. quod non eſt licitum. de reg. jur. in* 6. *c.* 2. *de obſ. jejun. c. quanto, de conſuet. c. ſicut de Conſecrat. diſt.* 5. Quâ ratione in tenera ætate conſtituti poſſint excuſari à furto, vid. C. C. C. *art.* 164.

§. 4. Requiritur (3) Res aliena; quocunque

modo,

modo ad alium ſpectet. Hinc etiam falſus procurator recipiens alienum debitum furtum facit. *l.* 19. C. *h. t.* Ut & adminiſtrator intercipiens pecuniam principalis. *L.* 2. *ff. de tut. & rat. diſtr. l.* 33. *ff. h. t. L.* 7. C. *eod.* nec non ille, qui intervertit jus alteri circa rem mobilem. *l.* 15. *ff. h. t.* Circa uſum quoque fit furtum, ſi quis ad uſum non conceſſum invito domino lucrifaciendi animo quis rem applicat. *L.* 12. §. 2. l. 40. *ff. eod. vid.* C. C. C. *art.* 170.

§. 5. Requiritur (4) Ut lucrifaciendi animus adſit, adeoque non eſt furtum, qui rapit ancillam libidinis gratia. *l.* 39. *l.* 82. §. 2. *ff. eod.* aut veritatis tollendæ gratia tabulas amovet. l. 16. *ad* l. *Corn. de falſ.* (5) ut fiat invito domino. Si dominus conſentit, aut ſaltem quis juſtè exiſtimat, dominum conſentire velle, furtum non adeſt. *l.* 46. §. 8. *ff h. t.* §. 8. *J. eod.* l. 20. C. *eod.*

§. 6. Furtum quoque, in ſenſu juris Canonici, faciunt, qui beneficium Eccleſieſticum ſine legitima inſtitutione occupant. *c. non furem.* 7. *qu.* 1. *c. tres perſonas.* 23. *qu.* 4. *c. ordinationes,* 1. *q.* 1. *c. relatum.* 21 *de jur. Patr.* Quique beneficia, quæ per adeptionem aliorum vacant, retinent. *c. dudum Eccleſia* 54. *de elect.* Item qui fructus beneficiorum percipiunt, nec ſibi commiſſos curant. *c.* 12. *tres perſonas.* 23. *qu.* 4. Item qui furti conſcius quærente poſſeſſore illud non indicat. *c. qui cum fure h. t.* Excipitur tamen presbyter, cui fur confeſſus fuit, qui nec cogitur, nec debet, nec poteſt impunè, furem revelare. *c.* 13. *X. de exceſſ. Prel. c. omnis utriusque, de pœnit. & remiſſ.*

§ 7.

§. 7. Furtum in laico punitur legibus civilibus, quæ pœna hujus loci non eſt; Clericus fur accuſatus & confeſſus, vel legitimè convictus, eſt infamis. *c. infames. 6. qu. 1. c. Euphemium 7. §. hinc colligitur, 2. qu. 3.* Deponitur & in monaſterium conjicitur; Si neque tum corrigibilis, ſeculari judici debita pœna puniendus traditur. *c. at ſi clerici. §. 1. c. cum non ab homine. de judic. c. Tuæ. de pœn.* Planè ſi fur illud aliàs occultum ultro fuit confeſſus, rem reſtituere & pœnitentiam agere debet; quo facto ad ſacros ordines promoveri poteſt. *c. ex literis h. t.* Si fures comprehenſi aut vulnerati, confeſſi fuerint, communio eis non eſt deneganda. *c. 2. h. t. c. fures. 13. qu. 2.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Qui furti faciendi cauſa conclave ingreditur nondum fur eſt, niſi rem contrectet. *l. vulgaris. 21. §. qui furti. 7. h. t.*

J. Can. Fur eſt, licet hoc caſu nihil acceperit. *c. tres perſonas. 23. qu. 4.*

TIT. XIX.
De Uſuris.

§. 1. Uſura rapinæ ſpecies eſt. *c. 10. 14. qu. 4.* adeoque uſurarius non minus ad reſtitutionem tenetur quam fur. *c. 5. 9. & 10. h. t.* Imò non minus crudelis eſſe dicitur qui pauperem fœnore trucidat, quam qui ſubtrahit vel eripit aliquid diviti *c. 11. 14. qu. 4.* Eſt autem uſura Augmentum quantitati accedens, pro uſu ejus, debitori conceſſo, ſolvendum in eodem genere debiti principalis. *L. 58. ad SCt. Trebell.*

§. 2.

§. 2. Dividitur uſura in *Mentalem*, quando aliquis ea intentione ac mente contrahit, ut aliquid ultra ſortem recipiat, omni expreſſa conventione ceſſante. *c.* 10. *h. t. c. uſura eſt.* 14. *qu.* 3. & *Conventionalem*, de qua expreſsè convenit. Utraque eſt prohibita. *d. c.* 10. ſive mutuum adſit verum, ſive præſumtum. *c.* 10. & *c. navigante h. t.* ibique Panorm. *n.* 6. Eſt autem mutuum præſumtum *h. l.* cum in fraudem prohibitarum uſurarum aliter contrahitur, utpote cum convenit, ut ex pignore fructus creditores percipiant. *c.* 1. *c.* 2. *c. conqueſtus. h. t. c.* 7. *de jurej. c.* 6. *de pign.* cum res vendita eo pacto, ut poſt certum tempus res ipſa cum certo pretio ultra ſortem reſtituatur. *c. illo vos* 4. *eod. c. ad noſtram. de emt.*

§. 3. Si quid ſorti accedit præter fœnorandi intentionem, uſura non eſt. Panorm. *ad rubr. h. t.* Gloſs. *ad c.* 10. *h. t.* Uti & ex alio contractu, vel propter id, quod petentis intereſt, uſuræ ſunt permiſſæ. *c. per tuas X. de arbitr. c.* 1. *de plus petit.* quia & jure divino illud quod intereſt legitimè petitur. *c.* 1. & 2. *de Injur. Exod. c.* 21. & 22.

§. 4. Sic ergo fidejuſſor debitoris debito ſoluto, damnum repetit. *c. pervenit. de fidejuſſ.* Gener, uxorem nutriens, fructus fundi pro dote promiſſa oppignorati, licitè percipit. *c. ſalubriter* 16. *h. t.* Clericus beneficium Eccleſiaſticum aliter redimere non valens ſub prætextu pignoris de manu laici licitè percipit. *c.* 1. *verſ. niſi fortè X. h. t.* Cenſus annuus in prædio, etiam cum pacto de retrovendendo emi poteſt. *c.* 5. & 2. *de Emt. vend. Ext. com.*

§. 5.

§. 5. Prohibentur uſuras accipere omnes Clerici *c. ſi quis oblitus.* 14. *qu.* 4. *c. quoniam multi. diſt.* 47. *c.* 1. *h. t.* Laici *c.* 2. *h. t.* Judæi. *c.* 12. *eod.* Collegia. *c.* 8. *eod. Civitates* licet adſit prætextus redimendorum captivorum. *c. ſuper eo eod.* Debitores ergo ad uſuras ſolvendas cogi non debent. *c. debitores.* 6. *de jurejur.* Niſi debitores juramentum ea propter præſtiterint, ratio eſt in *c. quamvis. de pact. in* 6. Et uſuras ſolvere peccatum non eſt, ſed eas accipere. Gloſs. *ad d. c. debitores.*

§. 6. Si creditores acceperint uſuras, easdem, aut pretia rerum ex eis emtarum reſtituere debent. *c. Eccleſia. X. ut lite pendente. c. cum tu. X. h. t.* Nulla obſtante appellatione. *c. quam pernicioſum.* 17. *eod.* Juramentum ſuper uſuris ſolvendis præſtitum relaxari debet. c. 1. *c. ad noſtram.* 20. *de jurejur. c dudum* 3. *h. t.* Etiam creditoris hæredes & extranei reſtituere debent. *c. tua nos h. t.* Cum non remittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. *c. cum Tu. h. t. c. peccatum. de reg. jur. in* 6. Reſtitui debent etiam debitoris hæredibus *c. ſicut dignum.* 6. §. *eos de homicid. c. eam te de jurejur.* His non exiſtentibus, pauperibus. *c. c. cum tu.*

§. 7. Quodſi non reſtituant, non admittuntur ad communionem altaris, ſi in hoc peccato deceſſerint, chriſtianâ ſepulturâ privantur; Eorum oblationes ab Eccleſia non accipiuntur; Teſtamenta eorum non valent. *c. quæ in omnibus.* 3. *h. t. c.* 2. *eod. in* 6. Niſi de illis plenè ſit ſatisfactum, aut idoneè de reſtitutione facienda cautum. *c. quanquam eod. in* 6. Aliis quoque pœnis uſurarii

coër-

coërcentur, utpote Laici uſque ad dignam ſatisfactionem excommunicantur. c. 7. *h. t.* Clerici ab officio ſuſpenduntur, & in eo delicto perſeverantes deponuntur. *c.* 1. *&* 2. *diſt.* 47 *c.* 3. *c.* 4. *c. quoniam* 14. *qu.* 4. de pœnis manifeſtos uſurarios tolerantium, vid. *c. uſurarum. h. t. in* 6. *c. ſeditionarios* 8. *diſt.* 46.

§. 8. Poteſt de hoc crimine in utroque foro & Eccleſiaſtico & ſeculari cognoſci. c 1 *X. de jurejur.* c. 6. c. 20. *eod.* c. 2. c. 12. *h. t.* Et proceditur ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu judicii. *Clem. diſpendioſam. de judic.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Creditor non ſolum propter uſum aut ſolutionis dilationem petere & exigere uſuras poteſt, ſed etiam pecuniam fœnori dare, & ſimpliciter uſuras, quæ à tempore contractus currunt, ſtipulare. *t. t. ff. &* C. *de uſur. t. t.* C. *de fruct. leg.*

J. Can. Omnes omninò damnantur ac prohibentur uſuras accipere, tam viri Eccleſiaſtici quam quilibet alii. c. 1. *& tot. tit. de uſur.*

J. Civ. Pactum Antichreticum ſubſiſtit. *l. ſi is qui* 11. *§. ſi antichreſis. ff. de pign. l.* 33. *de pign. act.*

J. *Can.* Eodem modo improbatur Antichreſis, quo ſtipulatio uſurarum. c. 1. c. 2. c. 8. *X. de Uſur. c.* 7. *X. de jurejur.*

TIT. XX.

De crimine falſi.

§. 1. CRimen falſi eſt doloſa veritatis immutatio in præjudicium tertii facta, & ſpeciali

ciali lege tanquam falſum notata. *t. t. ff. ad* L *Cor-neliam de falſ. c. homines.* §. *quia ergo c. is autem* §. *nemo.* 22. *qu.* 2. *c.* 1. §. *uterque. X. h. t.*

§. 2. Committitur hoc crimen vel circa *perſonas* vel circa *res*; Illo caſu v. gr. ſupponendo falſum partum *l.* 19. §. 1. *ff. h. t.* Nomen alterius in ipſis præjudicium uſurpando *l.* 13. *ff. eod.* Teſtimonium falſum dicendo aut verum ſupprimendo. *c.* 1. *h. t.* Perjurium committendo. *tot.* C. 12. *qu.* 2. & 12. *qu.* 4. In alicujus præjudicium abſque ejus mandato reſcriptum à S. Pontifice impetrando. *c. nonnulli. de Reſcript.* Literas alterius ſigillatas, aut principum reſcripta aperiendo. *c.* 2. *c.* 33. *de off. jud. del.* Bullas de manu alia quam Bullatoris vel Papæ accipiendo c. 4. c. 10. *h. t.*

§. 3. Hoc caſu iterum committitur vel circa *monetam*, radendo, miſcendo, legitimo pondere defraudando. *l.* 8. *ſeq. l.* 19. *ff. h. t.* abſque jure, ſuo vel alieno nomine, fabricando &c. *c. un. Ext. h. t.* vel circa *ſcripturam*, radendo literas & in earum locum aliud quid ſcribendo. c. 25. *de reſcript. c. licet h. t. c.* 9. *eod. c. cum olim. de privil.* Alienum chirographum imitando, L. 23. *ff. ad l.* Corn. *de falſ.* Abſentium nomina tanquam præſentium ſcribendo. c. 5. *de his quæ fiunt à maj. part. c.* 33. *de teſtib.* Inſtrumentum aut teſtamentum falſum ſcribendo, ſignando, recitando, celando. §. *item lex.* J. *de publ. judic. l.* 1. *l.* 2. *l.* 23. *ff. h. t.* In teſtamento quid ſibi adſcribendo. *l.* 6. *ff. eod.* falſis literis ſcienter utendo *c. ad falſariorum c. accedens. h. t.*

§. 4. Vel circa *Menſuram*, falſis, & aliis quàm publicè

publicè approbatis menſuris & ponderibus utendo. *l. pen. ff. eod.* Pertinet quoque ad crimen falſi, ſi quis inſtrumenta ſupprimit, aut adverſario tradit: c. 1 & 2. 12. *qu.* 2. ſi quis Alchymiam exercet vel procurat. *c. un. Ext. h. t.* qui falſos canones aut leges allegat. *l. fin. ff. eod.* &c. In his tamen omnibus dolus & damnum alterius attenditur. *c. accedens. X. h. t.*

§. 5. Punitur hoc crimen pro caſibus diverſis varie; Sic falſum circa teſtimonium committens Eccleſiaſtica communione privatur. c. 20. 24. *q.* 3. Porrò à teſtimonio removetur. c. 1. 22. *qu.* 5. infamia punitur. *d. c.* 1. *c. omnis.* 5. *qu.* 6. vid. *c.* 7. *diſt.* 50. Perjurium committens; Infamia juris & facti notatur. *c. infames.* 6. *qu.* 1. dignitate privatur, à teſtimonio agendo repellitur, à beneficio collato removetur. *c. querelam. X. de jurejur. c. parvuli* 22. *qu.* 5. Vicarius perſonatum falſo aſſumens punitur juxta *c. illud etiam X. de vicaria, c.* 6. *X. de Exceſſ. Pral.* De falſo circa ſigillum principis vid. *c. audientiam* 3. *X. h. t.* ibique *Gloſſ.* De pœna falſas literas impetrantis vel impetrare curantis vid. *c. ad falſariorum §. fin. h. t. c. dura. eod.*

§. 6. Qui circa monetam falſum committit, excommunicatur, & nonniſi à ſolo Pontifice, vel in mortis articulo, alio abſolvitur. *c. un. Ext. h. t.* Menſuram falſificans, per triginta dies in aqua & pane pœnitentiam agere debet. *c.* 2 *X. de emt.* Alchymiſtæ fiunt infames, pretium tanti auri veri, quod eſt Alchymicum, pauperibus dare debent, aut in caſu paupertatis carcere vel alia corporali

porali pœnâ afficiuntur. *c. un. Ext. h t.* De falſificante literas Papæ. vid. *d c. ad falſariorum* §. *fin. h. t. c. novimus. de verb. ſign. c.* 20. *de reſcript.*

DIFF. JUR. UTR.

J. *Civ.* Pœna falſi in libero homine eſt deportatio & publicatio omnium bonorum; In ſervo ultimum ſupplicium *l.* 1. §. *fin. h. t.* §. 7. J. *de publ. jud.* Quod etiam in libero obtinet, ſi magnitudo criminis adſit. *l.* 22. C. *eod. t. t.* C. *de falſ. mon.*

J. *Can.* Hæc pœna eſt remiſſior. vid. *c. ad falſariorum X. de crim. falſ.*

J. *Civ.* Qui pondera & menſuras lucri cauſa corruperit, punitur deportatione. *l. pen. ff. h. t. l. annonam* §. *fin. de extraord. crim. l.* 19. *ff. de dol. mal.*

J. *Can.* Tales falſarii per jejunium 30. dierum in aqua & pane abolitionem impetrant. *c.* 2. *X. de Emt. Vend.*

TIT. XXI.

De Sortilegiis.

§. I. SOrtilegium eſt quævis divinationis, impietatis ac vanitatis magicæ ſpecies. *c. ſi per ſortiarias.* 33. *qu.* 1. Sortilegi ſunt, qui per ſuperſtitioſas ſortes divinitationem profitentur, aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt. *c. ſortilegi.* 26. *qu.* 1.

§. 2. Divinationes pluribus modis fiunt, v. g. per Hydromantiam, Geomantiam, Aëromantiam, Pyromantiam. *c. igitur genus.* 26. *qu.* 3. *c nec mirum.* 26. *qu.* 5. Sunt & Sortilegi vel Incantatores,

vel

vel Arioli, vel Haruſpices, vel Augures vel Auſpices, vel Genethliaci, vel Salitores, vel Pythones, vel Necromantici, vel Præſtigiatores, qui omnes in *d. c. nec mirum. & d. c. igitur.* ſpecificè deſcribuntur. Hique omnes, quia ad ſuperſtitionem, vel Idololatriam, vel cultum Diaboli expreſsè vel tacitè tendunt, prohibentur. *c. 6. ſeqq. 26. qu. 2. c. qui ſine. 26. qu. 2. c. 8. eod. c. 1. & c. 2. X. h. t. Exod. 22. v. 18. Lev. 29. v. 31. Deut. 18. &c.*

§. 3. Sors per ſe aliquid mali non eſt, ſed eſt res in dubitatione humana voluntatem Divinam indicans. *c. 1. ſors non eſt. 26. qu. 2.* Hinc ſi ſine ſuperſtitione adhibetur, in magnis ſed ambiguis cauſis permittitur. *c. non exemplo. c. Hi qui. c. non ſtatim. 26. qu. 2. c. fin. X. h. t.*

§. 4. Qui divinationes exercent, & ſorte abutuntur, abſque externa hæreſi, in foro contentioſo, ſi *ex ſimplicitate* Clerici à divinis & miniſterio altaris per annum & ultra, judicis arbitrio juxta facti turpitudinem ſuſpenduntur. *c. 2. eod.* ibique Gloſs. ſi *ex dolo* deponuntur, & in monaſterium mittuntur. *c. ſi quis Epiſcopus. 26. qu. 5. Grilland. de ſortileg. qu 11. n. 3. & 10.* Laici verò honeſtiores fuſtigantur, relegantur, vel perpetuo carceri mancipantur. *c. contra Idolorum. 26. qu. 5.* ſortilegi ut hæretici puniuntur. *c. recuſatus. §. ſane. de hæret. in 6.*

TIT. XXII.

De Colluſione detegenda.

§. 1. Colluſio eſt occulta conventio eorum, qui ſe judicio contendere ſimulant;

R c. ſi

c. ſi quem 2. *qu.* 3. Quod in ſpiritualibus cauſis eſt colluſio, id in criminalibus eſt prævaricatio. *c. audivimus.* 3 *X. h. t. c. ſi quis.* 2. *qu.* 3. Committitur quoque in civilibus cauſis prævaricatio, ſi tendat in præjudicium alterius. v. gr. Si procurator cauſam domini ſui prodit, & cum vincere poſſet, patitur ſe vinci. *L.* 1. §. 6. *ff. ad SC. Turpill. L.* 212. *De Verb. S.*

§. 2. In cauſis ſpiritualibus, ut beneficialibus, matrimonialibus &c. & criminalibus per transactionem, gratiam, colluſionem à lite recedere non licet. *c. crimina. ſeqq. X. h. t. c.* 3. *de tranſ. c. ult. de rer. perm.* ſi factum, judex rurſus ex officio inquirit. *c.* 1. 2. 3. *h. t.* & eum qui in cauſa beneficiali colluſit, beneficio privat. *d. c.* 3. Jure civili Prævaricatorem concomitatur infamia. *l.* 2. *ſeqq. ff. de Prævaric.*

TIT. XXIII.

De Delictis Puerorum.

§. I. Pueri grandiuſculi. *c.* 1. *h. t.* i. e. pubertati proximi. Gonzal. *ad c.* 2. *X. h. t* omnia delicta, furta, mendacia, perjuria &c. perpetrare poſſunt, quia his plena eſt puerilis ætas. Peccatum tamen carnis in impuberes, quâ impuberes, non cadit, quia quoad hoc malitia ſupplet ætatem. *dd. cc.*

§. 2. Mitius tamen ſunt puniendi impuberes, adeoque pœna extraordinaria obtinet. *dd. cc.* quod praxis quoque obſervat. vid. latè Carpzov. *Prax. Crim. p.* 3. *queſt.* 143.

TIT. XXIV.

De Clerico venatore.

§. I. VEnatio eſt vel *oppreſſiva*, quæ homines perdit. *c. fin. in fin. diſt.* 6. & hæc prohibita, vel *Arenaria*, quæ fit recepta mercede cum feris beſtiis in arena. *c. qui venatoribus.* 8. *diſt.* 86. & hæc quoque prohibita; niſi caſus neceſſitatis adſit ad mortem evitandam. Gloſs. *ad c. vident. diſt.* 86. Abb. *in c.* 1. *h. t.* vel *ſaltuoſa* quæ feras proſequendo in ſylvis & ſaltis exercetur, & hæc regulariter eſt permiſſa. Gloſs. *in d. c. qui venatoribus.*

§. 2. Clericis tamen & ſaltuoſa venatio eſt interdicta; Et Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis omninò. *c.* 1. *diſt.* 34. *c.* 1. *h. t.* ibique Gloſs. Reliquis verò, eo tempore, quo divina peragenda. *c.* 1. *& 2. h. t. c.* 1. *ne cler. vel Monach.* & ſi ſit venatio clamoſa; ſi enim eſt quieta & raro fit, congruo tempore permittitur. Gloſs. ad *d. c.* 1.

§. 3. Pœna contravenientium eſt in Epiſcopo per tres menſes, Presbytero duos menſes à communione, Diacono vel Subdiacono ab omni officio ſuſpenſio. *c. miramur. de ſerv. non ordin. c.* 1. *h. t. c. quorundam. diſt.* 34. de pœna Monachi, Abbatis, Prioris, vide *Clem.* 1. §. *de ſtatu monach.* Reliqui Clerici, ſi præceſſerit trina admonitio, arbitrio judicis plectuntur. Joh. Andr. in *d. c.* 1. *h. t.*

TIT. XXV.

De Clerico percuſſore.

§. I. EPiſcopus leviter ac modicè correctionis causâ delinquentes clericos

punire poteſt. *c. cum beatus diſt.* 45. *c. ante omnia diſt.* 35. ſed ſi crudelitas concurrit, eſt delictum, & vocatur percuſſio, quæ etiam adeſt, ſi flagris vel verberibus Clericus eum, qui ipſi non eſt ſubjectus, tractat. *c. præterea. hic.*

§. 2. Epiſcopus qui cum cauſa crudeliter aliquem cædi juſſit, per duos menſes à miſſarum celebratione abſtinere debet. *c. 2. eod.* ſi abſque cauſa & tantum eum in finem, ut timeretur, debet ab officio deponi. *c. Epiſcopum. ſeqq. diſt.* 45. Alius Clericus percutiens ſuſpenditur ab officio, & ſi eſt incorrigibilis, degradatur. *c. 1. h. t.*

TIT. XXVI.

De Clericis maledicis.

§. I. PErcuſſio per linguam eſt maledictum; Eſt autem quis maledicus, vel in æqualem vel inæqualem & maximè Pontificem. Vel Deum, B. Mariam & Sanctos. Clericus maledicus in proximum æqualem & injurias inferendo, punitur pro qualitate delicti. *c. 1. & 2. X. h. t.* Sacerdos ad veniam poſtulandam compellitur per ſententiam Excommunicationis. vid. *c. Clericus* 5. *diſt.* 46.

§. 2. Maledicus in Pontificem punitur juxta *c. 1. h. t.* Maledicus in Deum, Beatam Mariam Virginem, aut Sanctos, blaſphemiam committit; ejusque pœna deſcribitur. in *c. 2. h. t.* Puniuntur & blaſphemi pro modo facultatum pœnâ pecuniariâ. *d. c. 2. §. fin.* adeoque in eo delicto, de noſtro jure, pœna extraordinaria obtinet. Decius, *Conſ.* 163. *n.* 1.

TIT.

TIT. XXVII.

De Clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante.

§. I. SI Clericus excommunicatus aut interdictus miniſtrat, deponitur. *c.* 1. 3. *&* 4. *h. t.* atque ſi majori Excommunicatione teneatur, per tres continuos annos pœnitentia ei imponitur. *c. fin.* 11. *qu.* 3. Si monitus à miniſtrando non deſiſtat, ad requiſitionem Eccleſiæ exilio damnatur. *c. ſi quis. c. Clerici. c. latores. h. t.* ſi minore Excommunicatione ligatus miniſtrat, graviter quidem peccat, non tamen fit irregularis. vid. *c. ſi celebrat. c. fin. h. t.*

§. 2. Quodſi Clericus ab officio ſuſpenſus aut depoſitus miniſtret, excommunicatur. *c.* 2. *h. t. c.* 10. *diſt.* 50. Modò tamen Clericus ſciat ſe eſſe ſuſpenſum, depoſitum &c. *c.* 5. *c.* 9. *h. t.*

TIT. XXVIII.

De Clerico non ordinato miniſtrante.

§. I. CLericus non ordinatus miniſtrans, ab Eccleſia dejicitur, & nunquam ordinatur. *c.* 1. *h. t.*

§. 2. Sic Diaconus miſſam celebrans ad Sacerdotium non promovetur. Gloſſ. *ad c. fin. eod.* & in Diaconatu ad tempus ſuſpenditur, facta tamen ſuſtentatione, ne proviſione careat. *c.* 2. *h. t.* Hodie tales delinquentes traduntur curiæ ſeculari ut puniantur. Engel. *h. t. n.* 2.

TIT. XXIX.

De Clerico per ſaltum promoto.

§. I. PRomotio per ſaltum fit, quando à minori ad majorem omiſſo medio Clericus, v. gr. ad presbyteratum ante Diaconatum Subdiaconus promovetur.

§. 2. Ordinatus hoc modo per ſaltum ſuſpenditur, eique gradus omiſſus confertur. *c. un. X. h. t.* Fit tamen quoad ordinem per ſaltum ſuſceptum irregularis, quamvis diſpenſatio locum habeat. Concil. Trid. *Seſſ. 23. de Refor. c.* 14. *in fin.* Modo ita ordinatus non miniſtraverit. Vall. *h. t. n.* 1.

TIT. XXX.

De eo qui ordinem furtivè ſuſcepit.

§. I. ORdinatio furtiva eſt, quæ contra canonum ſtatuta fit. Ut puta ſi vita, genus, patria, ætas, doctrina, &c. non rectè ante ordinationem expenduntur. *c. 5. diſt.* 24. Aut ſi quis abſque examine ordinatus, vel quando quis ſe clam cum aliis intruſit, cum quibus promotus. *c. quando Epiſcopus. diſt.* 24. vel quando quis plures ordines uno tempore ſimul ſuſcepit. *c. innotuit. h. t.*

§. 2. Hoc modo ordinati characterem quidem accipiunt & ordinem, non tamen habent ejusdem executionem, inſimulque inhabiles redduntur ad ſuperiores ordines. *d. c. innotuit. h. t.* & pœnitentia monaſterii iisdem injungitur. *c. veniens.* 1. *h. t.*

§. 3. Diſpenſatio tamen admittitur, & hinc ſi

cum

cum tali ordinato diſpenſetur, ad majores ordines aſcendere poteſt; *c.* 1. *c.* 2. *c. fin. eod.* Diſpenſat autem Papa, ſi contra talem ordinatum lata fuit Excommunicatio; ſi non, Epiſcopus quoque diſpenſat. *d. c.* 1. 2. *& fin.* Conſuetudo tamen, ut minores ordines cum Diaconatu eodem die ſuſcipiantur, toleratur. vid. *dict. c.* 2. *h. t.*

TIT. XXXII.

De Exceſſibus Prælatorum & Subditorum.

§. I. PRælati & ſubditi excedere dicuntur, quoties non funguntur officio, quod ſibi invicem præſtare debent. Idque vel agendo vel omittendo fieri poteſt. Denotantur autem hic Prælatorum nomine omnes illi, qui in Eccleſia ordinaria juriſdictione fruuntur, ſive Epiſcopi fuerint, ſive alii inferiores.

§. 2. Excedunt autem Prælati, gravando ſubditos iniquis exactionibus atque talliis. *c.* 1. *h. t.* liberando Eccleſias inferioribus Prælatis ſubditas ab illorum jurisdictione, obſequio & ſubjectione. *c.* 2. *h. t.* Reſervando beneficium ſuæ Prælaturæ ſubjectum. *c.* 3. *h. t.* Imperando inferioribus Prælatis aliquid contra eorum privilegia. *c.* 5. *h. t.* ſi ſunt vicarii & Rectoribus Eccleſiarum fide & Sacramento obſtricti, aſſumendo falsò ſibi perſonatum. *c.* 6. *h. t.* Alios caſus vide in *c.* 8. *c.* 9. *c.* 10. *c.* 11. *c.* 12. *c.* 13. *c.* 16. *c.* 17. *h. t.*

§. 3. Excedunt ſubditi tum Clerici tum alii præpoſterâ venere utendo. *c.* 4. *h. t.* Abnegando Prælatum. *c.* 15. *h. t.* lædendo poteſtatem Eccleſiaſti-

ſiaſticam, utpote violando decretum interdicti, *c. ult. X. h. t.* ibique Gonzal. qui inſimul de pœnis ibidem agit.

TIT. XXXII.

De novi operis nunciatione.

§. I. Refertur quoque inter Exceſſus Prælatorum, quando ædificatur Eccleſia in alterius præjudicium. Eſt enim nunciare novum opus, prohibere novum opus in præjudicium alterius factum, ne parans in eo pergat, donec de jure ejus conſtet; Toties autem novum opus fit, quoties ædificando vel detrahendo priſtina operis forma in præjudicium alicujus mutatur. *t. t. ff. h. t.* Diviſiones, ac Requiſita pertinent ad jus Civile.

§. 2. Hoc noſtro jure applicatur jus civile ad hypotheſin novi operis in loco ſacro, Eccleſiaſtico, & ſancto extructi; ſic ſi una Eccleſia in alterius præjudicium ædificetur, ædificanti per Rectorem prioris Eccleſiæ novum opus nunciari poteſt. *c. 1. c. 2. h. t.* Ratio eſt elegans in *cit. c. 1.* Ædificium conſtructum poſt novi operis nunciationem, demoliendum eſt, nec auditur Dominus, ſi ſatisdationem offerat, & jus ſuum docere velit. *c. 3. c. 4. h. t.* In arbitrio tamen nunciantis eſt, an cautionem admittere velit; ſi autem terminus trium menſium eſt elapſus, eam cautionem recipere tenetur. *c. fin. h. t.*

TIT XXXIII.

De privilegiis & exceſſib⁹ privilegiat.

§. I. Privilegium, quaſi lex privata. *c. 3. diſt. 3.* contra

contra tenorem juris communis alicui aliquid indulget. *L. un. C. de Theſaur. l.* 1. *ff. ad munic.* Dividuntur privilegia (1) in *clauſa corpore juris* v. g. militum, Eccleſiæ, mulierum &c. & *data per ſpeciale Reſcriptum*; Priora non debet judex ignorare; Poſteriora, cum facti ſint, judici exhiberi debent; Data privilegia iterum ſunt conceſſa ad preces, vel conceſſa motu proprio; In illis hæc clauſula ſubintelligitur: *ſi preces veritate nitantur. c.* 2. *X. de Reſcript.* Hæc verò ſunt pleniſſimæ interpretationis, ac ſub-& obreptionis non poſſunt argui. *c.* 23. *ibique Gloſ. de præb. in 6to.*

§. 2. Porro dividuntur Privilegia (2) in *abſoluta & relativa* ſeu *ad inſtar. L.* 35. *C. de Epiſc. & Cler.* ubi requiritur, ut illud, ad quod referuntur, effectum habeat. vid. *l.* 2. *ff. de Condit. & dem.* (3) In *Realia*, quæ rei cohærent & tranſeunt ad omnem poſſeſſorem; *Perſonalia*, quæ cum perſona expirant. *l.* 68. *l.* 169. *de R. J. l.* 1. *&* 43. *ff. de aq. quot. & æſt.* & *mixta*, quæ ex ſingulari juris diſpoſitione vel conventione ad aliquot hæredes tranſeunt, utpote ſi alias privilegium privilegiato eſſet inutile; quo & ſpectat privilegium competentiæ. *l.* 18. *pr. ff. ſol. matr.* reſtitutionis in integrum. *l.* 6. *de reſt. in integr. l.* 19. *de minor.* vid. Illuſtr. Dn. Hert: *Diſſ. de tranſit. privil. perſonal. ad alios.* §. 4. *ſeqq.*

§. 3. Dividuntur quoque (4) in *gratioſa & conventionalia.* Illa ex mera gratia principis dependent; Hæc verò præſupponunt titulum oneroſum vel benemerita. Hahn. *ad Weſ. h. n.* 2. Et ſic hæc non facilè revocantur, ob pactum quod tam

princi-

principes quam ſucceſſores ſtringit; imò in dubio hæc præſumuntur realia, illa verò perſonalia.

§. 4. Concedunt privilegia ſuperiores, Epiſcopi & Prælati circa illas materias, de quibus ſtatuta condere poſſunt; Nec requiritur, ut perſona ſit ſub ditione concedentis, ſed ſufficit ſi materia ſub ejus diſpoſitione exiſtat. Acquiruntur tamen etiam privilegia per conſuetudinem & præſcriptionem immemorialem. vid. Engel. *h. t. n.* 13.

§. 5. Privilegia jus tertii lædere non debent. *L.* 4. *C. de emanc. liber.* Et ſic in omni privilegio ſubintelligitur clauſula: *ſalvo jure tertii.* Klock. *de ærario. L.* 2. *c.* 5. *n.* 34. Privilegiatus contra æquè privilegiatum utitur jure communi. *l.* 11. §. 6. *de minor.* Modò tamen par utriusque privilegiati ſit conditio. Brunn. *ad cit. l. n.* 11. Et privilegium ipſum ſit æqualis roboris. Berlich. *P.* 2. *Dec.* 237. *n.* 8.

§. 6. Exceſſus privilegiatorum conſiſtit in abuſu privilegii; Et ſic meritò privilegium amittit, qui conceſſa poteſtate abutitur. *c.* 7. *diſt.* 74. *c.* 11. *&* 24. *h. t.* Abuſus tamen etiam conſiſtit in adhibitione privilegii ad derogationem aliorum privilegiorum, & in prava interpretatione ejusdem. Zaſ. *h. t. n.* 38. vid. omninò *c.* 3. 4. *&* 5. *h. t. c.* 14. 24. 26. 27. 30. *& paſſim eod.* Sic ergo eſt prava interpretatio privilegii, ſi is, qui cum rebus ſuis Protectioni Papæ ſe ſubmiſit, à jurisdictione Epiſcopi exemtus eſſe vult. *c.* 18. *h. t.* Quia protectio ſuperioritatem non infert.

§. 7.

§. 7. Amittitur quoque privilegium aliis modis, utpote: Morte privilegiati, ſi privilegium eſt perſonale. *c. 7. de R. J. in 6.* Item & concedentis, ſi datum ſit ad beneplacitum, poſt mortem enim velle deſinit. *l. 4. ff. locat.* Præterlapſo tempore, ad quod conceſſum; Interitu rei cui privilegium cohæret, vel ceſſante qualitate perſonarum, quam privilegium reſpexit. *l. 6. §. 13. de Excuſ. tut* Præſcriptione ex contrario privilegii uſu vel non uſu profluente. vid. *c. 6. X. h. t. & c. 15. eod.* De conciliatione vid. Gonzal. ad *cit. c. 6. n. f.*

TIT. XXXIV.
De Purgatione Canonica.

§. I. PUrgatio Canonica eſt à Canonibus ad probandam innocentiam inventa & prodita oſtenſio. Fit autem *juramento* vel proprio & de veritate, vel compurgantium de credulitate. *c. 3 & 13. h. t.* Jurant quippe compurgatores ſe credere, reum à crimine immunem eſſe, ac proinde verum juramentum, eum præſtitiſſe. *c. quoties c. de teſtibus eod. c. presbyter. 2. qu. 4.* Hi tamen debent eſſe vicini & honeſti. *d. c. presbyter.* Interdum duodecim, interdum ſeptem. interdum pauciores pluresve, pro circumſtantiis delicti, perſonæ & rei. *c. 1. c. 8. h. t. c. 5. de adult. d. c. presbyter.*

§. 2. Indicit hanc purgationem judex, qui de negotio cognoſcit, vel cognoſcere debet. *c. 12. c. 15. h. t.* Idque fit vel ad inſtantiam ejus qui purgandus eſt. *d. c. 12.* vel à judice ei, qui de gravi ali-

aliquo crimine diffamatus eſt, adhibitis compurgatoribus. *c.* 6. *c. inter ſollicitudines, eod.* Modo reus ſit fide dignus. *c.* 1. *h.t. ibique.* Dd. Nec legitima probatione, nec ſua confeſſione convictus. *c.* 3. *c.* 6. *eod.*

TIT. XXXV.
De Purgatione Vulgari.

§. 1. PUrgationem Vulgarem vulgus olim uſurpavit; Pertinet huc ferrum candens *c. fin. h. t.* Aqua frigida *c.* 8. *de purgat. can.* Aqua fervens, *c. Mennam. c. conſuluiſti. c. omnibus.* 2. *qu.* 5. Monomachia ſeu duellum. *c.* 1. *&* 2. *h. t.* ſacra Euchariſtia, judicium crucis, offa judicialis, Caſeus execratus. Vid. Bechmann. *de judic. Dei. per tot.* Carol. du Fresne *Gloſ. paſſim. ſub his vocib.*

§. 2. Hæ purgationes ſunt improbatæ; Partim quia per hoc fallax indicium innocens impiè ex præſumtionibus damnari poteſt. *c. ſignificantibus. h. t.* partim etiam quia Deus tentatur & ad iracundiam provocatur. *c. fin. de purg. Can. c. quæritur.* 22. *qu.* 2. *c. ſi nulla.* 23. *qu. fin.* Ac ſic pro vero innocentiæ teſtimonio haberi non poſſunt. *dd. cc.*

TIT. XXXVI.
De injuriis & damno dato.

§. 1. INjuria in genere pro omni eo accipitur quod non jure fit, in ſpecie verò pro contumelia, imò & interdum pro culpa; hinc & in L. Aquilia damnum injuriâ datum in eo ſenſu accipitur. *Pr. J. de injur.* quoad ſignificatum contumeliæ nihil

nihil in *h. t.* occurrit, niſi quod in *c. ult.* Pontifex dicat: Ob irrogatam injuriam ſatisfactionem præſtandam eſſe.

§. 2. Sunt autem injuriæ vel *reales* vel *verbales.* Hæcque iterum ſunt vel ſcriptæ, vel famoſus libellus, ad hunc requiritur, ut famoſum ac certum crimen doloſè in ſcriptis alicui opponatur, ſive nomen additum fuerit, ſive non. *l. 5.* §. 9. *ff. de injur.* Ordinat. Pol. *de Anno.* 1577. *tit.* 35. §. und ſetzen: in verbis: Es habe der Autor ſeinen Nahmen darunter geſetzet oder nicht. Remedia pro injuriis competentia ſunt vel generalia, ut actio injuriarum æſtimatoria. vid. §. 10. *J. de injur.* atque extraordinaria criminalis perſecutio, vel ſpecialia, ut actio ex lege Cornelia. vid. §. 8. *J. eod. l. 5. pr. & §. 1. ff. de injur.* & quidem vel civiliter vel criminaliter. *l. 37. §. 1. ff. de injur.* Actio ad palinodiam, item deprecationem Chriſtianam; &c. Extrajudiciale remedium eſt retorſio; ſed materia hæc pluribus tractatur in Jure Civili.

§. 3. Damnum injuriâ datum eſt reſtituendum, & de eo ſatisfaciendum. *t. t. ff. ad legem aquiliam.* Sic in rixa aliquem percutiens ſi percuſſus lecto ſurrexerit, & baculo ſuo ambulaverit, liber quidem eſt à pœna mortis, ſed tamen operas, quas decumbens impeditus fuit exercere, & impenſas in curationem factas, reſtituere debet. *c. 1. h. t.* Item qui aperuit Ciſternam, eamq; non operuit. ſi bos vel aſinus in eam ceciderit, Domino ad pretium jumenti tenetur, ita tamen ut mortuum

animal ejus ſit, per *c. 2. h. t.* Lædens agrum vel vineam, aut dimittens jumentum, ut aliena depaſcatur, damni æſtimationem ſolvere debet. Alios caſus vide in *c. 5. & c. fin. h. t.* Taxatio tamen damni & injuriarum, juramento fieri debet. *c. 7. h. t.* vid. *l. 9. C. unde vi.* Reliqua ſpectant ad Jus Civile.

§. 4. *In c. un. h. t.* Prohibentur repreſſaliæ; Et in genere ſunt prohibitæ, niſi (1) Denegata vel protracta ſit juſtitia (2) Cauſa petendi ſit liquida (3) Concernat rem magni momenti (4) Læſus denegationem aut protractionem magiſtratui ſuo oſtendat (5) Magiſtratus alterum Magiſtratum admoneat de juſtitia præſtanda (6) Magiſtratus iſti non recognoſcant ſuperiorem. In Imperio verò noſtro ſunt majora judicia, vid. Struv. *de Vindict. Priv. c. 12. per tot.* De Pignorationibus. vid. *Gail.*

DIFF. JUR. UTR.

J. Civ. Pœna authoris libelli famoſi eſt capitalis. *l. 1. & 2. C. de fam. libell.*

J. Can. Pœna eſt mitior, neque capitalis. *c. 1. c. 2. c. 3. C. 5. qu. 1.*

J. Civ. Actio legis aquiliæ. non datur in hæredem *§. 9. J. de L. Aquil.* Et ex delicto defuncti regulariter hæres non tenetur, neque conveniri poteſt, *l. 111. de R. J. L. 23. §. 8. ff. ad L. Aquil. l. 7. de arb. furt. cæſ.* Niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata, *l. pœnalia. 164. de R. J. L. omnis. 26. L. conſtit. 33. l. 58. de obl. & Act.* Aut niſi quid ex delicto defuncti ad hæredem pervenerit, dolo-

dolove malo hæres fecerit, quo minus ad eum perveniret. *l.* 38 *de R. J. L.* 5. *de calumn. l.* 17. *§. fin. l.* 26. *de dol.*

J. Can. Indiſtinctè ſive ad hæredem aliquid pervenerit ſive non, ſive lis conteſtata fuerit ſive non, hæres ſemper tenetur in ſolidum, ſi vires hæreditatis patiuntur. *c. ſi Epiſcopum.* 16. *qu.* 6. *c. quanquam de uſur. in* 6. *c. in literis. X. de Rapt. c. ult. de ſepult.*

TIT. XXXVII.
De Pœnis.

§. I. REo confeſſo & convicto tandem imponenda eſt pœna. Eſt verò pœna juxta Grot. *de J. B. & P. l.* 2. *c.* 20. *n.* 1. Malum paſſionis, quod infligitur ob malum actionis. Dividitur pœna in *conventionalem*, quæ oritur ex conventione partium, & nihil aliud eſt quam determinatum intereſſe; *Teſtamentariam* quæ fluit ex diſpoſitione teſtatoris, & *legalem*, quæ legibus conſtituta eſt.

§. 2. Legalis pœna imponitur vel propter temerariam litem, vel propter delictum commiſſum, & hoc ultimo modo eſt iterum vel ſecularis vel Eccleſiaſtica; Illa ſive ſecularis dividitur iterum in civilem & criminalem, in capitalem & non capitalem, in ordinariam & extraordinariam; de quibus omnibus videantur *Comment. ad ff. h. t.*

§. 3. Eccleſiaſticæ pœnæ ſunt vel vindicativæ vel medicinales, hæque poſteriores aliàs dicuntur cenſuræ Eccleſiaſticæ, quæ regulariter nec in perpetuum; nec etiam ad certum tempus

irro-

animal ejus ſit, per *c. 2. h. t.* Lædens agrum vel vineam, aut dimittens jumentum, ut aliena depaſcatur, damni æſtimationem ſolvere debet. Alios caſus vide in *c. 5. & c. fin. h. t.* Taxatio tamen damni & injuriarum, juramento fieri debet. *c. 7. h. t.* vid. *l. 9. C. unde vi.* Reliqua ſpectant ad Jus Civile.

§. 4. *In c. un. h. t.* Prohibentur repreſſaliæ; Et in genere ſunt prohibitæ, niſi (1) Denegata vel protracta ſit juſtitia (2) Cauſa petendi ſit liquida (3) Concernat rem magni momenti (4) Læſus denegationem aut protractionem magiſtratui ſuo oſtendat (5) Magiſtratus alterum Magiſtratum admoneat de juſtitia præſtanda (6) Magiſtratus iſti non recognoſcant ſuperiorem. In Imperio verò noſtro ſunt majora judicia, vid. Struv. *de Vindict. Priv. c. 12., per tot.* De Pignorationibus. vid. *Gail.*

DIFF. JUR. UTR.

J. Civ. Pœna authoris libelli famoſi eſt capitalis. *l. 1. & 2. C. de fam. libell.*

J. Can. Pœna eſt mitior, neque capitalis. *c. 1. c. 2. c. 3. C. 5. qu. 1.*

J. Civ. Actio legis aquiliæ. non datur in hæredem *§. 9. J. de L. Aquil.* Et ex delicto defuncti regulariter hæres non tenetur, neque conveniri poteſt, *l. 111. de R. J. L. 23. §. 8. ff. ad L. Aquil. l. 7. de arb. furt. cæſ.* Niſi lis cum defuncto fuerit conteſtata, *l. pœnalia. 164. de R. J. L. omnis. 26. L. conſtit. 33. l. 58. de obl. & Act.* Aut niſi quid ex delicto defuncti ad hæredem pervenerit, dolo-

dolove malo hæres fecerit, quo minus ad eum perveniret. *l.* 38 *de R. J. L.* 5. *de calumn. l.* 17. *§. fin. l.* 26. *de dol.*

J. Can. Indiſtinctè ſive ad hæredem aliquid pervenerit ſive non, ſive lis conteſtata fuerit ſive non, hæres ſemper tenetur in ſolidum, ſi vires hæreditatis patiuntur. *c. ſi Epiſcopum.* 16. *qu.* 6. *c. quanquam de uſur. in* 6. *c. in literis. X. de Rapt. c. ult. de ſepult.*

TIT. XXXVII.
De Pœnis.

§. I. REo confeſſo & convicto tandem imponenda eſt pœna. Eſt verò pœna juxta Grot. *de J. B. & P. l.* 2. *c.* 20. *n.* 1. Malum paſſionis, quod infligitur ob malum actionis. Dividitur pœna in *conventionalem*, quæ oritur ex conventione partium, & nihil aliud eſt quam determinatum intereſſe; *Teſtamentariam* quæ fluit ex diſpoſitione teſtatoris, & *legalem*, quæ legibus conſtituta eſt.

§. 2. Legalis pœna imponitur vel propter temerariam litem, vel propter delictum commiſſum, & hoc ultimo modo eſt iterum vel ſecularis vel Eccleſiaſtica; Illa ſive ſecularis dividitur iterum in civilem & criminalem, in capitalem & non capitalem, in ordinariam & extraordinariam; de quibus omnibus videantur *Comment. ad ff. h. t.*

§. 3. Eccleſiaſticæ pœnæ ſunt vel vindicativæ vel medicinales, hæque poſteriores aliàs dicuntur cenſuræ Eccleſiaſticæ, quæ regulariter nec in perpetuum; nec etiam ad certum tempus irro-

irrogari poſſunt, ſed ceſſant, quando cenſuratus à contumacia reſipiſcit, & ſatisfactionem pro delicto offert. *c.* 11. *X. de Conſtit.* Exceptâ ſuſpenſione, quæ nonnunquam etiam per modum pœnæ vindicativæ clericis in perpetuum vel ad tempus infligitur per *c.*1.*de Cl:ric.Venat.* ſpecies cenſuræ tres recenſentur *in c.* 20. *Extrav. de V.S.* Suſpenſio, Excommunicatio & Interdictum, Vid. Barboſ. ad *cit. c.* 20.

§. 4. Pœnæ vindicativæ ſunt reliquæ omnes, utpote pœna pecuniaria, ſubtractio fructuum beneficialium, pœna carceris cum carena & ſine ea, caſtigatio corporalis *c.* 2. *de adult.* Exilium ac relegatio. *c.* 1. *X. de Calumn.* Depoſitio & degradatio, item detruſio in monaſterium; Vid. Vallenſ. *h. t. n.* 4. Pleræque tamen hæ pœnæ hodiè factæ ſunt arbitrariæ. Engel. *h. t. n.* 5.

§. 5. Pœna pecuniaria ſive mulcta decernitur inprimis adverſus Clericos majoris dignitatis, aut totum collegium delinquens. Schilt. *J. J. C. L.* 1. *t.* 18. §. 4. Subtractio fructuum beneficialium obtinet in clericis beneficiatis delinquentibus; vid. *c.* 2. *h. t.* In carcere impoſita cibatio in pane & aqua ad certos quosdam dies facienda, *carena* vocatur. *c.* 8. *Extrav. de Accuſ.* Vid. du Fresne *in Gloſſ. verb. carena.* Caſtigatio corporalis modica & talis eſſe debet, ut non tranſeat in pœnam ſanguinis *c.* 1. *de calumniat. c.* 4. *de rapt.* Exilium & relegationem Jus Caaonicum quoque ad Clericos applicavit. *d. c.* 1. *de calumn.* Depoſitio eſt perpetua muneris clericalis privatio per

ſen-

ſententiam legitimè prolatam, vocaturque alias remotio. Degradatio eſt actus, quo Clericus realiter privatur ordine & privilegiis clericalibus, per detractionem inſignium & veſtium ſacrarum. vid. Caniſ. *in ſumm. J. C. L.* 3. *t.* 22. §. 7. Detruſio in arctum monaſterium fit ad pœnitentiam peragendam, & alitur detruſus vel ex ſuis beneficiis, vel, ſi pauper, ab Epiſcopo. *c.* 5. *C.* 6 *quæſt.* 6. Hodiè hæc detruſio vix in uſu eſt. Wagner. *ad c.* 2. *X. de adult.* Reliqua huc pertinentia ex majoribus Commentariis erui poſſunt.

§. 6. Toties pœna eſt repetenda, quoties crimen renaſcitur. *c.* 1 *h. t.* nec facilè aut ſine cauſa eſt remittenda. *c.* 3. *de off. ord.* Niſi aliter ſit de crimine ſatisfactum. *d. c.* 3. aut pœnitentia de eo ſufficienter facta. *c cum aliquis.* 12. *qu.* 3. *c. domino. diſt.* 50. Pœna tamen tenere debet ſuum authorem, non alium. *c. crimen.* 1. *qu.* 4. *c. undecunque. diſt.* 55. Niſi quod ob regis peccatum, regnum interdicto ſubjiciatur. *c. non eſt vobis. X. de ſponſal.*

DIFFER. JUR. UTR.

J. Civ. Pœna carceris perpetui eſt reprobata. vid. *l.* 35. *ff.* & *l.* 6. *C. de pœn.*

J. Can. Hæc pœna eſt approbata. *c.* 3. *de pœn. in* 6. Et quidem eum in finem, ne ſemper cogantur judices Eccleſiaſtici Clericos delinquentes curiæ tradere ſeculari. Vocatur hæc pœna alias immuratio. *c.* 1. *de hæret. in* 6.

TIT. XXXVIII.

De pœnitentiis & remiſſionibus.

§. 1. Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta

 pu-

puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe. *c.* 4. *de pœnit. diſt.* 3. *c. pœnitentiam agere* 6. *diſt. eàd.* Eſtque vel *interna*, quæ eſt virtus mentis, quâ pœnitemus & dolemus de peccatis; vel *externa*, quæ eſt Sacramentum, quod jam baptizatis, ſed naufragium animæ paſſis inſervit. Deſſel *h. t. qu.* 1.

§. 2. Dividitur porrò Pœnitentia in *publicam*, quæ imponitur ob peccata manifeſta, & *privatam* ob peccata occulta. *c.* 12. *de exceſſ. prel. c.* 1. *c.* 7. *h. t.* Publica iterum eſt vel *ſolennis* vel *non ſolennis*; *Illa* incipit à capite quadrageſimæ, & imponitur ab Epiſcopo. *c. pœnitentes.* 63. & 64. *diſt.* 50. pro maximis criminibus publicis. *c. in actione* 84. *de pœnit. diſt.* 1. Et illi, quibus hæc impoſita, non poſſunt communicare niſi in articulo mortis *c. ſi quis* 6. *ſeqq.* 26. *qu.* 6. non in curia ſeculari accuſare. *c.* 65. *de pœnit. diſt.* 1. matrimonio jungi. *c.* 13. 33. *qu.* 2. ad ſacros ordines promoveri. *c.* 55. *diſt.* 50. *Hæc* imponitur à Sacerdote, publicè ante Fores Eccleſiæ cum face ardente & aliis ſolennitatibus extra tempus quadrageſimæ. *c.* 1. *h. t. c.* 19. 2. *qu.* 1.

§. 3. Privata pœnitentia fit Deo & Sacerdoti; Et hic eam imponit etiam pro peccatis gravioribus ſed occultis. *c.* 7. *h. t.* cum occulta peccata publicè non ſint punienda. *c.* 19. 2. *qu.* 1. *c.* 31. 23. *qu.* 4. Conſtat autem Sacramentum pœnitentiæ quatuor partibus: *Cordis contritione, oris confeſſione, operis ſatisfactione & peccati abſolutione. c.* 8. *de pœnit. diſt.* 1.

§. 4. Cordis contritio eſt interna afflictio & peccati commiſſi deteſtatio, cum emendationis

pro-

propoſito, & dolore & pudore. *c. porrò* 31. *c. facilius* 32. *c.* 37. *c.* 88. *de pœnit. diſt.* 1. Confeſſio eſt detectio per os proprium peccati proprii, quæ tamen fieri debet parocho proprio. *c.* 12. *c.* 4. *h. t. c.* 2. *§. fin. de pœn. diſt.* 6. non alii, niſi de ejus licentiâ electo. *c.* 3. *de pœnit. diſt.* 6. Aut ex facultate ab Epiſcopo data. *c.* 2. *de pœn. in* 6. In caſu tamen neceſſitatis, ſi presbyter haberi non poſſit, & alteri. *c.* 12. *c.* 13. 26. *qu.* 6. etiam laico & ſocio confiteri licet. *c.* 1. *de pœn. diſt.* 6. *c.* 83. *de pœn diſt.* 1.

§. 5. Ille tamen cui confeſſio facta, ſigillum confeſſionis obſervare debet, & ſic non prodere ſibi commiſſa, niſi Sacerdotio velit deponi, & ad agendam perpetuam pœnitentiam condemnari. *c. omnis utriusque* 12. *§. fin. de pœnit. diſt.* 2. Confeſſione verò factâ, Sacerdos ſatisfactionem imponit ſecundum qualitatem delicti. *c.* 8. 12. *qu.* 1. *c.* 61. *de pœnit. diſt.* 5. Satisfacit autem peccator, cum pœnam impoſitam factis exſequitur. *c. facilius* 32 *de pœnit. diſt.* 3. Impoſitio tamen pœnæ eſt arbitraria; Niſi quod in nonnullis peccatis certa & particularis pœnitentia à canonibus ſit impoſita. *c.* 86. *de pœn. diſt.* 1. v. gr. Quindecim annorum fornicanti cum filia ſpirituali. *c.* 19. 30. *qu.* 1. Decennii matricidæ. *c.* 15. 33. *qu.* 2. ſeptennii invaſori Eccleſiæ. *c.* 17. 12. *qu.* 2. &c.

§. 6. Abſolutio denique fit verbis: *Abſolvo te à peccatis tuis in nomine & patris & filii & ſpiritus ſancti. c. verbum Dei.* 51. *de pœn. diſt.* 1. Abſolvit tamen non omnis Sacerdos de omnibus peccatis,

ſed in caſibus tantum ſibi commiſſis, nec aliis per Canones reſervatis. *Clem.* 1 *§. quibus. de privil. c.* 1. *diſt.* 20. *c.* 4. *de Conſuetud.*

§. 7. Remiſſiones nihil aliud ſunt quam indulgentiæ; Concedunt autem plenas indulgentias Pontifices. *c.* 4. *X. h. t. c.* 13. *X. de hæret. c.* 17. *de judæis.* Limitatas Epiſcopi non alii Prælati. *c.* 14. §. *fin. X. h. t. c.* 24. 24. *qu.* 1. Quibus conceduntur, debent eſſe Chriſtiani. *c.* 33. 11. *qu.* 3. contriti & confeſſi. *c.* 1. §. *nos. Extrav. h. t.* ei, qui concedit, ſubjecti. *c.* 4. *c.* 15. *X. h. t.* Cauſæ, ob quas indulgentiæ conceduntur, debent eſſe piæ, ut redemptio captivorum, eleemoſynæ, ædificationes Eccleſiarum &c. *c.* 1. *h. t. in* 6. *c.* 4. *h. t.*

TIT. XXXIX.

De Sententia Excommunicationis.

§. I. EXcommunicatio eſt cenſura Eccleſiaſtica, quâ Chriſtianus corpore Eccleſiæ; vel ſaltem Sacramentorum perceptione excluditur. *arg. c. omnis Chriſtianus. cum c. ſeq. & c. qui verò* 11. *qu.* 3. *c.* 24. *eod.* Dividitur in *majorem* & *minorem. Hæc* eſt, quæ tantum à Sacramentorum participatione removet; ac propriè excommunicatio dicitur. *c. ult. h. t. Illa* eſt, quæ non ſolum à Sacramentorum perceptione, ſed etiam ab Eccleſia, & omni fidelium communione ſegregat. *d. c. pen. c. ult.* 3. *qu.* 4. *c. ad menſam.* 11. *qu.* 3. Ac propriè *Anathema* appellatur. *c nemo Epiſcopus.* 11. *qu* 3. Hæcque iterum eſt vel *ſolennis*, & fit adhibitis quibusdam ritibus & ceremoniis poſt aliam, contra incorrigibilem. *c. cum non ab homine*

10.

10. *de judic. c.* 1. *Locat.* Vel *non ſolennis*, quæ ſine ſolennitate unico verbo fit: *Excommunico.* c. 1. *de eo qui furt. l. ord. ſuſcep.*

§. 2. Infertur excommunicatio, vel à *jure* ſeu *Canone*, vel ab *homine* per ſententiam. *c. nuper. de ſent. Excom.* *Illo caſu* vocatur Excommunicatio *Canonica*, aut lato canone *c. de illis. c. cum aliquis. c. certum.* 24. *qu.* 3. *c. nuper. X. h. t.* Ab homine infertur Excommunicatio, quando judex Eccleſiaſticus, qui regulariter debet eſſe presbyter. *c. canonica. X. h. t.* ſubditum. *c. à nobis,* 21. *eod.* Chriſtianum. *c. audivimus. ſeqq.* 24. 1. inobedientem ac contumacem, ſententiâ ſuâ excommunicat. *c.* 1. *eod. in* 6. Quodſi tamen judex majorem Excommunicationem imponere velit, debet jurisdictionem, de conſuetudine vel jure communi ſpiritualem habere. *c.* 2. *de off. Archid. c. ſi in plebibus. diſt.* 69. Hoſtienſ. *h. t.* §. *nedum* Minorem etiam quivis inferior Prælatus, imò & Clericus curam animarum habens infligere poteſt. *c. quotidiè. de Conſecr. diſt.* 2.

§. 3. *Majori* Excommunicatione *ipſo jure* notantur ſortilegi. *c. ſi quis ariolos. c. non oportet. c. auguriis. ſeqq.* 26. *qu.* 5. Hæretici eorumque receptatores & fautores. *c. quod autem* 4. *qu.* 1. c. 49. *h. t. c. excommunicaverimus. X. de hæret.* Falſarii literarum Apoſtolicarum. *c. ad falſariorum. c. dura X. de crim. falſ.* Simoniaci. *c. quidquid.* 1. *qu.* 1. Violatores Eccleſiarum. c. *Canonica.* 11. *qu.* 3. c *ſi quis.* 24. *qu.* 3. Clericos Romam euntes ſpoliantes. c. 23. 24. *qu.* 3. Cum excommunicatis, auxilium

ſovorem, conſilium communicantes. c. *nuper*. 23. *X. h. t.* Manus violentas in Clericos vel religioſos inferentes. c. *ſi quis ſuadente.* 17. *qu.* 4. c. 1. 2. *ſeqq. h. t.* &c. *Minori* excommunicatione afficiuntur v. gr. Mortale peccatum committentes. *c. fin. de Cler. excomm. miniſtr.* Sacrilegi. *c. ſi quis inventus.* 17. *qu.* 4. Notorii peccatores omnes. *c. neque. diſt.* 83. *c. illud. diſt.* 95. cum majori excommunicatione ligatis, ſalutationem, orationem aut menſam communicantes. *c.* 16. *c.* 17. c. 18. c. 19. *h. t.* c. 24. 11. *qu.* 3. &c.

§. 4. Excommunicationis ſententiam præcedere debet trina monitio teſtibus præſentibus. *c. ſacro.* 48. *hic.* cum juſtis dierum intervallis, *c. conſtitutionem. h. t. in* 6. c. 47. *h. t.* Ipſi ſententiæ cauſa excommunicationis nominatim adjici debet. *c.* 1. §. *quisquis h. t. in* 6. & copia ſententiæ excommunicatis exhiberi debet. *c.* 1. §. *exemplum. eod. in* 6. Tum ut ipſi ab actibus prohibitis, tum ut alii ab eorum communione abſtineant.

§. 5. Excommunicationis Effectus ſpiritualis eſt, quod Excommunicatus à Deo ſeparetur & Diabolo tradatur. *c. centum.* 11. *qu.* 3. ac proinde ſacra miniſteria peragere prohibetur. *c. ſi quis Epiſcopus* 3. & 4. 11. *qu.* 3. ad ſacros ordines nequit promoveri, & ſi nihilominus fit, deponitur, beneficium Eccleſiaſticum ei conferri nequit, &c. Temporalis eſt, quod excommunicatus ſit infamis. *c. infamis* 6. *qu.* 1. pro mortuo habeatur. Dd. *c. in gravem. X. h. t.* & hinc reliqui effectus dependent.

§. 6. Excommunicatio tollitur. Excommunican-

cantis revocatione. *c.* 48. *h. t.* Retractatione per viam appellationis aut citra eam. *d. c.* 48. *c. caveat. eod.* Ad oſculum ejus, qui abſolvere poteſt, admiſſione. *c. cum olim X. de privileg.* ſede vacante aut impedita abſolvit Capitulum. *c. un. de Major. & obed. in* 6. Pontifex abſolutionem ſibi reſervavit in caſu injectionis manus violentæ in clericos, perſecutionis Cardinalium, incendii, effractionis Eccleſiarum &c. Caſus Epiſcopo reſervatos vide apud Panorm. *in c. Monachi. c. muliere h. t.* In mortis tamen articulo ab omnibus caſibus, etiam Pontifici reſervatis, quilibet Sacerdos abſolvere poteſt. *c. non dubium. X. h. t. c. un. X. de crim. falſ. c.* II. *de off. jud. ord.*

§. 7. *Suſpenſio* eſt cenſura Eccleſiaſtica quâ perſonæ Eccleſiaſticæ exercitium ſui officii, in totum vel pro parte, ad certum tempus vel in perpetuum interdicitur Gloſs. *in Clem.* 3. *de pœnis. verb. ſuſpenſi.* Eſtque vel *judicis*, quæ fit per ſententiam judicis, vel *Canonis*, quæ fit ipſo jure ob crimen notorium.

§. 8. *Interdictum* eſt cenſura Eccleſiaſtica, quâ certis perſonis, aut loco, à jure vel judice Eccleſiaſtico divinis officiis, ſepulturâ, Sacramentorumque perceptione, donec imperatis ſatisfecerint, interdicitur; *c.* 16. *ſeqq. c. fin. h. t. in* 6. Dividitur in *Generale*, cum v. gr. Provincia, urbs, pagus, certus populus interdicitur. *d. c.* 16. & *ſpeciale* quando ex pluribus Eccleſiis paucæ vel una interdicitur. *c.* 17. *h. t. in* 6. aut aliqua multitudo, in ipſo populo incluſa interdicitur. v. gr. capitulum, colle-

collegium, univerſitas, aut homo nominatim. *d. c.* 16. Utrumque eſt vel *perſonale*, ſi reſpectus habeatur ad homines, vel *locale*, ſi ad loca. *d. c.* 16.

TIT. XL.

De verborum ſignificatione.

§. I. Significatio verborum inprimis eruenda eſt ex mente dicentis, quia verba intentioni ſervire debent. *c.* 15. *h. t.* hinc ſi quæratur de verbis reſcripti Pontificis, ipſe conſulendus eſt. *c.* 16. *h. t.* Quodſi de mente non appareat, ipſi verborum proprietati eſt inhærendum; Niſi, ubi verba ſunt obſcura, mitior interpretatio adhibenda venit. *c.* 25. *in fin. h. t.*

